

**Lavnut atae shanim Sive Disputatio Philologica De Peccatorum Coccinorum
Albedine, ex Esaiaë I, 18.**

Lipsiæ: Literis Immanuelis Titii, [1705?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862069297>

Druck Freier  Zugang



32

Fa-1092(32)

לבנות
הטתי שני

SIVE
DISPUTATIO PHILOLOGICA
DE
**PECCATORUM
COCCINORUM
ALBEDINE,**

ex Esaiæ I, 18.

QUAM
IN ACADEMIA LIPSIENSI
SUB PRÆSIDIO
M. JO. GEORGII Bicht/
SS. THEOL. BACCAL. ET SANCTÆ
LINGUÆ PROF. PUBL. ORD.
*PATRONI ATQUE PRÆCEPTORIS SUI OMNI HONORIS
CULTU DEVENERANDI,*
ERUDITORUM EXAMINI

DIE XII. DECEMBR. ANNO M. DCC. V.

OFFERT
AUTOR ET RESPONDENS
CHRISTIANUS Siegra/
HAMBURGENSIS.

LIPSIÆ,
LITERIS IMMANUELIS TITIL.

DISPUTATIO PHILOLOGICA
DE

PECCATORUM
COCCINORUM
ALBEDINE.

IN ACADEMIA LIPSIBNSI
SUB PRAESIDIO


M. JO. GEORGII
SS. THEOL. BACCAL. ET SANCTI
LINGUE PROE PUBL. ORD.

PATRONI ACADEMIAE LIPSIBNSIS
ERUDITIONUM EXAMINI

DIE XII DECEMBRIS ANNO M. DCC. X.

AUTOR ET RESPONDENS
CHRISTIANUS
HAMBURGENSIS.

LITERIS IMMANNELIS TITM



§. I.



Rimum in evolutione nostri textus officium esse putamus, ut scopum, quem hoc capite Propheta intendit, & ad quem omnia in eodem dicta collimant, eruamus & evidenter proponamus. Non autem errabimus, si hunc versu 16. & 17. expresse declaratum esse dicamus, quoniam ad illum tam antecedentes, quàm consequentes versiculi respiciunt, ejusque sensum uti ætiologiæ suam

thesin clariorem reddunt. Mentem nostram perspicuè exposituri notamus, Prophetam hoc in capite peccatores ad poenitentiam revocare, quod versiculi 16. & 17. luculenter docent. Hunc in finem v. 2. 3. 4. cœlum & terram obtestatur, ut agnoscant, quàm impiè Israelitæ, quos Deus hactenus tanquam liberos suos curaverit, agant, dum bove & asino stupidiore legitimum Dominum respuant, & ad eum reverti recusent. Huc etiam pertinent verba à v. 5. - 10. quibus pœnas ob neglectam, in tantis sceleribus, poenitentiam, justissimè & ex meritò immittas exaggerat. Quare afflictum populum Israëliticum cum corpore vulneribus & plagis exagitato, terram sanctam cum terrâ igne exultâ, nec non cum tugurio in solitudine relicto, ut & denique cum Sodomâ & Gomorrhâ comparat. Quibus reprehendit Judæos, cur tot sustineant calamitates, & ad Deum redire differant. Huc quoque respiciunt sequentia à v. 11. ad 14. ubi Deum, eorum cultum hypocriticum, sacrificia, donaria, festos dies &c. abhorrere demonstrat; quasi diceret: cur vos omnia vestra sacrificia Deo ingrata redditis? quamdiu enim ad Deum verâ poenitentia reverti recusatis, tamdiu Deus vestra sacrificia & omnem cultum religiosum odio habebit. Eò

A

de-

denique tendunt verba v. 15. quo Propheta prædicit, Deum tamdiu preces eorum non auditurum esse, quamdiu in peccatis suis perseverarent. Sic & consequentia ad eundem scopum pertinent. Posteaquam enim v. 16. 17. poenitentiae rationem præscripserat, v. 18. largam Dei misericordiam promittit, qui eos in gratiam certissime uti benignus Pater filios suos recepturus sit; & non solum dona spiritualia, sed & corporalia adjicit; hinc Deum publicum bonum & Reipublicæ tranquillitatem redditurum esse pollicetur. Eòdem argumentò partim comminando, partim lamentando, partim promittendo si resipiscant usque ad finem capitis pergit.

§. II. Affectivè in Deo nullos esse affectus, omnibus, qui essentiam divinam contemplantur, notum est; in eo enim Spirituum & sanguinis commisionem admittere, qui est merus Spiritus, est sibi ipsi non constare. Sunt tamen in Deo affectus effectivè, h. e. Deus misericors egeno eòdem modò succurrit, uti homo, cujus viscera misericordià nulent. Nemo itaque nobis malè vertat, quod in nostri commatis scrutinio, aliquam lucem in affectu, quo Deus & Propheta Esaias in primi hujus vaticinii sermone usus est, quaeramus. Argumenta, quæ antecedenti §. tetigimus, indicant, res proponi, quæ Deo & Prophetæ ingrata erant, quarum natura est aversionem, tristitiam & dolorem in mente excitare; qualem commotionem Prophetæ propriè, Deo verò non nisi per *ἀνθρώπων ἐπίθεϊαν* tribuimus. Affectum monstrat Prosopopœia, quâ Propheta v. 2. orationem suam auspicatur, & Judæorum malitiam execratur: *audite cæli, & terra ascolta, filios educavi & exaltavi, illi vero pravaricati sunt contra me.* Eundem innuit exclamatio poenas futuras annuncians v. 4. 5. 6. *ve genti peccatrici, populo gravi iniquitate &c.* Tristitiam hanc confirmat divastatæ terræ descriptio v. 7. 8. ejusdem cum Sodomâ & Gomorrhâ comparatio v. 9. Hanc sequebatur sacrificiorum & omnium religiosorum actuum rejectio v. 11. 12. 13. 14. tedium enim, doloris filia, tristitiam comitari solet. Sed quoniam Deus ipse amor est, in quo aeterna, immutabilis atque invariata voluntas propensioque invenitur, quâ in homines fertur; facillè fieri intelligimus, ut illâ tristitia ad homines, multis afflictionibus obrutos, relata, commiserationis faciem induat. Hinc v. 16. 17. 18. tenerrima Dei misericordia conspicienda traditur, quando Propheta poenitentiae rationem præscribit, & fidelissimi amici instar

tetras afflictiones effugere docet, *levate vos mundi estote, remove-
malum operum vestrorum à conspectu oculorum meorum: Desinite
male facere. Discite benefacere, querite iudicium, dirigite oppres-
sum, causam agite pupilli & vidue.* Nec non quando Israelitis pœ-
nitentibus certissimam gratiam divinam, quæ omnia peccata condo-
nat & homines uti benignus pater in gratiam recipit, promittit v. 18.

לכן נא ונכחה יאמר יהוה אם יהיו חטאיכם
כשנים כשלוג ילכנו אם יארימו כתולע כצמר יהוה ;

*Tunc agite & audiamus sententiam vestram, dicit Domi-
nus; Si peccata vestra essent uti coccina, nihilominus sicut
nix albescent; Si rubra essent, uti vermiculus, nihilominus
sicut lana alba erunt.*

§. III. His præmissis ordine singulorum vocabulorum signi-
ficatum eruamus, & quem cuius Propheta sensum tribuerit, explicem-
mus, fiat quævis vox purum aliquod speculum, in quo genuinum si-
gnificatum intueri liceat. לכו proprie ire, accedere significat, & à
Rad. לך cuius prima Rad. in Imperativo Kal perit, derivatur; sed si-
gnificatum hunc h. l. amittit, & est potius, uti in aliis locis, vox excita-
tionis & adhortationis, annotante R. Davide Kimchio ad h. l.
לכו אינו ענין הליכה ממש אלנת ענין זיוה וכן לכו
ונחשבה על ירמיהו ' לכה ננת אנסכה בשמחה
; וְהוֹדוּם לַיהוָה שֶׁכִּתְבְּנוּ בַסֵּפֶר מְכֻלָּל;
*habet significationem ambulationis simpliciter talis, sed potius signi-
ficationem exhortationis uti Jer. XVIII, 18. agite, excogitemus contra
Jeremiam cogitationes: vel Eccl. II, 1. age quæso, tentabo te in latitiâ,
& quæ sunt his similia, quemadmodum scripsimus in librò Michlol. Cum
hæc ita se habeant, perspicuum est, Prophetam pœnitentes Israelitas al-
loqui, eosq; excitare, ut ad divinæ Majestatis thronum appropinquent,
& more innocentium justam & clementissimam de verè pœnitentibus
latam sententiam recipiant.*

§. IV. Vocis sequentis נוכחה interpretatio eò difficilior est,
quo plures dissentientium Commentatorum sententias ubique ferè
offendimus. Nos itaque seposito omni autoritatis præiudicio, ex
Scripturæ Parallelismo significationem eliciamus, eamque quâ potest
fieri

neri evidentiâ exponamus. יכח in Kal inusitatum est, uti etiam in Piel & Pual; in Hiphil autem variâ occurrunt significationes, quarum nobis præcipua est, *rem aliquam antea decretam alicui significare*. Hoc in sensu vocem adhibitam fuisse, legimus *Gen. XXIV.* ubi Eliezer servus Abrahami in Mesopotamiam missus, & filio Isaaco uxorem adducturus summum implorat Numen, ut suum propositum felici successu augeat, sibi que eam monstret virginem, quæ Isaaco ex decreto divino nuberet; imo ut puellæ animum ita commoveat, quo sibi amphoram ad bibendum roganti reponat, *bibe & potabo etiam camelos tuos*, inde se cogniturum esse testatur hanc esse illam virginem **היא** *quam antea decretam indicavit Deus filio Domini mei.* Eundem significatum in reliquis quoque locis eadem radix obtinet, præterquam quod pro substrata materiâ objectum immutetur. Sic *2. Reg. XIX, 4.* adhibetur Infinit. **להוכיח** h. e. *ad rem antea verè decretam indicandum verbis, quæ audivit Dominus.* Sermo ibi est de Sennacharibi legato, qui bellum & ignominiam contra Hiskiam decretam populo indicat. Eundem sensum retinet *Jes. XI, 4.* **והוכיח** *decreta sua indicabit in rectitudine manserit terra.* Modo haud dispari commodissimè exponitur *Gen. XXX, 37.* ubi Jacob ad Labanem dicit: pone hic coram fratribus meis & fratribus tuis **ויוכיח** *ut decretum suum, (sententiam suam) nobis indicent.* Hunc significatum suo confirmat calculo R. D. Kimchi, qui varia hujus radiceis vocabula perpendens tandem hæc verba subjungit: **כלם ענין** *הזמנת הדברים אחר לחברו בטענות והודעת* *Omnium horum significatio involvit præparationem verborum, quæ alter alteri in processu forensi proponit; involvit quoque publicationem sententiæ, quod probatur ex voce הוכיח redargutio.* Vid. *Seph. Schorasch. Rad. יכח.* Quod nos rei decretæ termino complectimur, hoc ille præparationis voce expressit, & uti sub illo omnes reliquæ significationes comprehenduntur, sic sub hoc eadem continentur. Quando alter cum altero coram judice litigat, rationes antea decretas vel præparatas adducit, quo sensu occurrit *Job. XXII, 4.* **ויכיתך** *num ex timore tui accusabit te coram judice? venietq; tecum in iudicium?* quam explicationem non solum alia Scripturæ loca corroborant; sed etiam idem R. D. Kimchi

chi l. c. approbat: פירוש יוכיח עמך כלומר יטעון עמך *sensus est, contendet tecum h. e. litem tecum aget.* Sic quoque *Levit. XIX, v. 17.* non odio habeas fratrem tuum in corde tuo וְיֹכִיחַ אֶת אֲמִיתוֹךָ *sed increpando increpes amicum tuum h. e. sententiam de peccato ejus conceptam ipsi exponas amicè.* Cetera quamplurima eundem sensum postulant, quæ omnia huc trahere nimis prolixum foret.

§. V. Confirmatâ genuinâ Radicis significatione, quam in Conjugatione Hiphil offendimus, progrediamur ad Niphal, ex qua vox nostra, quam hac vice sub incudem revocamus, desumpta est. Hujus Conjugationis verba alias ordinarie sunt passiva, quæ significationem ab Activis Kal mutuuntur, vid. *Thef. Grammat. Buxtorf. Lib. I. cap. XIV. p. m. 112.* Sed quando Radix in Kal usitata non est, ex aliis Conjugationibus passiva significatio accersenda est, conf. præter *Buxtorfium l. c. R. Juda Löb. Seph. Schoreseb Jebuda Schar Happaalim Cap. III. fol. mibi 28. col. a.* יש אידוה נפעלם מעטים שלה נמצאו בקל כמו נשבע. נלחם. נשען. נכנע. נזהר. וכמעט אין עוד שפירושם כאלו הם מהקל מאחר שלה נמצאו הקל מהם. וזה לך הכלל כל פעל שלה תמצאו בבנין קל ותמצאו אותו באחד משאר הבנינים: *Sunt quedam verba ex Niphal, quorum Radix non invenitur in Kal v. g. נשבע juravit, נלחם pugnavit, נשען incubuit, נזהר admonitus est, cavit.* Et ferè eorum significatio ex Kal haberi non potest, siquidem Kal eorum nullibi invenitur. Tunc tibi hæc sit regula: quodcunque verbum non invenimus in Kal, invenitur tamen in aliâ Conjugatione, significatio hujus locum & Kal subibit, ut scil. ex aliâ Conjugatione significatio Niphal desumatur. Vestigiis horum celeberrimorum Grammaticorum nos insistentes vocis נוכח significacionem securè ex Conjugatione Hiphil deducimus. Vidimus verò suprâ, quod in hæc Conjugat. significacionem forensẽ obtineat, & adhibeatur, quando vel judex vel alius quidam de factò quodam vel bonò vel malò suam sententiam antea decretam proponat. Si nunc ex Hiph. passivam formemus significacionem, נוכח erit ille, cui vel in foro vel alibi sententia de factò bonò vel malò antea decreta proponitur; vel quod eodem recidit, qui propositam à judice sententiam recipit. Hanc explicacionem non solum regulâ Grammaticâ, sed & locorum inductione firmari paucis

demonstrabimus. Sic Jobi c. XXIII, 7. posteaquam Jobus Eliphazo respondisset v. 3. 4. 5. se optare, ut inveniat Deum, se velle actionem cum ipso instituire, & audire, quid responsurus sit, v. 7. adjicit: *ibi* [coram judice) *innocens נוכח judicabitur* h. e. sententiam suam definitivam à judice recipit, unà cum altero: & sic liberarer in perpetuum à judice meo. Ubi ni toti fallimur evidententer *sententiam litigantibus à judice latam recipere* significat. Sic nobiscum sentit Rasche, qui in Commentario ad h. l. sequentia addit: שם במקום ריבנו הישר כושר מפעלות יחי נוכח ונלרר ונראה; *Ibi h. e. in loco, quo nos coram judice contendimus; justus h. e. qui justus est ex operibus; redarguitur h. e. indicatur & omnibus ob oculos ponitur; cum eo h. e. coram eo, (scil. altero litigante) vox נוכח eadem est cum מיכח qui justus vel injustus à judice declaratur.* Præterea uti *מיכח Proverb. XXIV, 25.* hominem significat, qui justum judicium de hominum actionibus fert, verba enim sunt, *ויל מיכחיis vero, qui secundum veritatem sententiam decretam ferunt, bene erit, veniet que super eos benedictio boni; sic v. 26. נכוחים sunt verba à judice decreta jam secundum equitatem & veritatem publicata; dicitur enim: osculabitur labia h. e. perinde erit, ac si ille labiis osculeretur aliquem, qui respondet נכוחים verbareta (sententiam secundum veritatem antea decretam). Nec alium significatum vox ונוכחת Gen. XX, 16. habere potest, nam Sara velamine oculorum accepto, sententiam antea decretam à Rege Abimelecho recepit. Hæc omnia lucem affundunt loco nostro, quo vox נוכח occurrit, ejusque sensus obscurus esse non potest, si perpendamus מיכח significare judicem, qui de facto sententiam antea decretam fert; נוכח in Niph. denotare hominem, qui sententiam decretam à judice recipit, נכוחים autem sententiam ipsam à judice latam. Quis ex his non concludat, quod נוכח significet: *agite, recipiamus sententiam à Deo de nostrâ penitentia jam dum decretam.* Antecedentia hunc sensum stabiliunt, ostenderat enim Propheta, quo modo Dei gratiam inire possent, si scilicet se lavarent, & se purificarent, malum removerent conf. v. 16. 17. Hinc vers. 18. Propheta gratiosam promittit sententiam: posteaquam veram penitentiam egissent, inquit, *agite recipiamus sententiam de nobis penitentibus peccatoribus jam dum decretam: dicet Dominus, si fuerint peccata vestra sicut lana**

na cocco tincta, nihilominus sicut nix albescent &c. Nobis suum ad-
 jicit calculum Guffesius Comment. ad Hebr. Ling. Rad. יכח p. m. 320.
 lit. q. ad judicium quoque refero, inquit, Niphal Job. XXIII, 7. Dei præ-
 sentiam optans, ubi majorem equitatem quam apud amicos illos
 suos reperiendam sperat, ait ישר ניכה עמו שם ibi vir rectus
 subibit eum eo declarationem veri ac justii secundum probata. Et post
 pauca pergit: Simile Es. I, 8. invenitur נא ונכחה לכו venite, inquit,
 per συγκατάβασω Deus, & subeamus declarationem veri secundum
 probationes & convictiones de nobis. Quibus idem dicit, quod nos supra
 adstruximus, subire enim declarationem veri secundum probationes &
 convictiones idem est, ac recipere à judice decretam sententiam. In
 eò tamen à Guffetiò discedimus, quod ille putet, Deum per συγκατά-
 βασω cum Judæis sententiam definitivam subire velle, cum opus non
 sit; quoniam commodissimè secundum Abarbanelis explicationem
 in h. l. Propheta unà cum populo Ifraelitico sub plurali numero intel-
 ligitur, quasi Propheta diceret: agite fratres mei, ego, qui vobis gra-
 tiam divinam sub conditione pœnitentiæ promisi, & vos, qui pœniten-
 tiam agere debetis, si præstanda præstiteritis, accedamus unà ad thro-
 num Dei, & expectemus, quam de nobis sententiam Deus misericors
 laturus sit.

§. VI. In nostram sententiam accedunt quoque LXX viri, qui
 vocem נכחה נכחה transtulerunt per διελεγχθῶμεν, quod pariter signi-
 ficatione passiva gaudet; uti enim ἔλεγχος non solum reprehensionem
 & redargutionem, sed quoque veritatis demonstrationem denotat,
 quod verbis Ifocratis probamus; cui λαμβάνει τῶν ἀμφισβητημέ-
 νων τὸν ἔλεγχον est de dubiis certam sententiam accipere; sic ἐλεγ-
 χθῶμεν non tam redargutionem, quam certam de aliqua re sententiam
 recipere significabit. Ex his elucescet, LXX nostram adstruere sen-
 tentiam, & ex mente Prophetæ nostri Judæos pœnitentes excitare, ut
 ad DEum accedant, & sententiam ejus de eorum pœnitentiâ decretam
 audiant. Targum Jonathanis verba Prophetæ deseruit, scribit enim:
 כן כר תזכון לאוריתנת תבעון מן קדמי ואעביר בעותכון
 hoc est, cum conversi fueritis ad legem meam deprecabimini coram me,
 & faciam deprecationem vestram; ut ex eo nihil sperandum neque quic-
 quam metuendum sit. Judaici Interpretes, qui alias presse sequuntur
 vestigia antiquorum, hanc vocem de contentione & disceptatione expo-
 nunt,

nunt, dum hunc locum reliquis, quibus DEus cum populo contendere dicitur, annumerant. *Vid. Vajikra R. Parsch. 27. fol. 197. col. 1.* quem locum infra §. 27. prolixè adducemus. Hinc R. D. Kimchi sequentia ad nostram vocem adjicit: **ונכחה ענין ספור הטענות בעל דין עם בעל דינו וכן שם ישראל נכח עמו ועם ישראל אתוכח והרומים להם. ואמר האל שיתוכחו עמוויספר הוה הטובות שעשה לכם והרעות שעשיתם אהם לפניו. ואתם כון שוה תוכלו למען כנגרו דבר תתחרטו על מעשיכם הרעים ואם תעשו כן אם יהיו חטאיכם:** Et contendamus: *Hæc vox significat enumerationem argumentorum & rationum, qua actor & accusatus utuntur: hoc sensu recurrit Job. XIII, 7. ibi rectus contendit cum illo. Et Mich. VI, 2. & cum Israel disceptat Deus. Et similia plura. Dicit Dominus, ut contendant secum; Tunc ille enarrabit beneficia, quæ ipsis exhibuit; & mala, quæ vos patraistis contra illum. Et postquam vos non poteritis respondere coram illo quicquam, pœnitentiam agite ob opera vestra mala. Et si sic feceritis, quamvis vestra peccata sint sicut coccinum, tamen sicut nix albescent.* Si hæc expositiones admittantur elocutio Prophetæ hiulca fieret. Deus enim excitaret Judæos ad disceptationem, inquâ responderet: *si peccata vestra essent sicut coccinum &c.* cum multo convenientius redargutio quædam hanc gratiosam sententiam antecederet. Multò verò elegantius fuit oratio si dicamus, Prophetam Israelitas pœnitentes excitare, ut sententiam de pœnitentibus à Deo decretam audiant. Deinde loca à Kimchio allegata non sunt parallela, alter enim ex *Mich. VI, 2.* in quò vox **ארוכה** occurrit, desumptus est, & ad Conjugat. Hithpael pertinet, in quâ libenter disceptationis mutæ significationem admittimus; quod priorem locum attinet, eum supra passivè commodè exposuimus, & autoritate Rasche confirmavimus, ut Kimchii expositioni minimè faveat. Nec Rasche hujus loci interpretatio, quæ iisdem difficultatibus laborat, melior est, qui enim eum paulò penitius inspicit, experietur, Raschium supponere, quod pœnitentes vi meriti sui gratiam divinam possint postulare, quod scripturæ harmoniæ contrariatur, uti Nostrates Theologi docent. Duriores has interpretationes ante nos observavit quoque Abarbanel, qui in Comment. in h. l. ex parte molliorem dedit, quamvis cum nostrâ non coincidat. Verba, qui-

והנכון אצלו שבעבור : quibus eam proponit, sunt sequentia : שהנכונה הרכבה להוכיח את בני יהודה וירושלם וקראם קציני סדום ועם עמורה זרע מועים בנים משחיתים חשש אצלו ותיאשו מהתשובה ולכן דבר על לבם לכו נא ונוכחה כאלו אמר אחי ורעי נלך עתה ונקבל התוכח' בשוכנו אל השם כי זהו ענין קבול התוכחה באמת וכלל עצמו עמהם דרך מוסר כי גם הנביא אמר על עצמו בחזקת חיר ויסרני מלכת *Probabilis mihi de hac voce sententia sequens videtur: Posteaquam Propheta Judæos & Hierosolymitanos vehementer redarguerat, eosque Duces Sodoma & populum Gomorrha, semen malorum & noxiorum hominum appellaverat, conf. vers. 10. huj. cap. cogitavit secum, fortasse desperant de pœnitentia; propterea locutus est blande ad illos, inquit: agite queso ונוכחה quod idem est ac si diceret, ô fratres mei & amici mei, eamus jam queso, & recipiamus redargutionem, dum nobis animus est ad Deum reverti. Significatio enim illius vocis continet verè receptionem redargutionis. Includit vero Propheta seipsum cum illis, uti fit in pœnis publicis, dicit enim Propheta de se ipso Jes. VIII, 11; Ita dicit Dominus manu forti, & castigavit me, ne irem in viâ populi hujus. Affatim patet, Abarbanelem voci נוכחה passivam significationem tribuisse, quam leges Grammaticæ requirunt, & cum ipsi Prophetæ increpationes ob oculos versarentur, redargutionis significatum, quem alias huic voci non denegamus, retinuit. Adstipularemur illi, nisi supra evi cerimus, hanc vocem pro substrata materiâ quandoque bono signifi catu, decreta de aliqua re sententiæ propositionem significare, & quoniam benignissima Dei misericordis de pœnitentibus lata sententia sequitur, redargutionis significatum seposuimus, & alterum contextus svasu prætulimus.*

§. VII. Ad sequentia progredimur verba, qui ab interpretibus pariter uti antecedentia in varios sensus trahuntur. Posteaquam Propheta Judæos excitavit, ut post actam pœnitentiam ad DEum accedant, ejusque clementissimam sententiam audiant, adjicit יאמר יהוה *dicit Dominus*. Plerique interpretes vertunt in præsentem: *dicit Dominus*. Confugiunt itaque ad Enallagen, quâ tempus futurum pro præsentem ponitur, quam omnes Grammatici admittunt. Sed quoniam talem Enallagen non ni-

si summâ necessitate urgente admittimus, recentiorque Philologus Florentius de Bruin rationem inivit, quâ pleraque loca absque enallage sensu decenti exponi possint, nec eidem hic locum dare volumus. Quare cum Ariâ Montano & Vatablo in margine vocem illam futuro tempore expressimus; quod explicatio nostra antecedentis vocis פִּינְדָה non tantum svadere, sed & postulare videtur. Monstraverat Propheta rationem, qua Gratiam DEI inire, & poenas divinitus immittas avertere possent, si nimirum veram & infucatam agerent poenitentiam. Hoc facto excitat illos, ut ad DEum accedant, & sententiam ejusdem de poenitentia eorum decretam audiant, hinc adjicit: *Dicit Dominus: si peccata vestra essent sicut coccinum, uti nix albescent.* Quoniam hæc gratiosa sententia nunquam expectanda est, nisi poenitentia antecedit, Judæi verò tunc temporis sceleribus contaminati poenitentiam agere nondum decreverant, non potuit non sententia illa in futuro tempore tantum proponi & promitti. Nec est, quod accentuum fautores nobis objiciant, formulam exordialem, *dicit Dominus*, se junctam esse Atnacho ab ipsò effato, quod in scripturâ alias insolens est. Respondemus enim, Regulam illam universalem non esse, sed aliis locis, & imprimis *Exod. XXXII, 31.* nostro loco parallelo facile infringi, ut alias, quas accentus in Scripturæ explicatione secum ferant, difficultates jam taceamus. His positis brevem hujus hemistichii paraphrasin, adjiciamus: Svaserat Propheta, ut Israëlita veros poenitentia fructus edant, mala opera omittant, bona peragant, quò spectat *vers. 16. & 17.* deinde eosdem poenitentes excitat, ut ad gratia divinæ thronum accedant, & gratiosam sententiam de poenitentia ipsorum decretam audiant, quasi diceret: *Posteaquam vos veram poenitentiam egistis, ejusque fructus pauperibus benefaciendo, recte judicando, oppressis succurrendo, pupillorum & viduarum causas agendo, tulistis; agite, accedite ad thronum divinæ gratia, ne timeatis, quamvis enim Deus justus judex vos hæctenus variis afflictionibus & calamitatibus presserit, nihilominus post actam poenitentiam, omnem timorem abjicite, Deus enim non ut iratus judex, sed ut benignus Pater se vobis siset, & clementissimam de vobis poenitentibus sententiam feret, quæ hujus tenoris erit: quamvis vestra peccata sint sicut coccinum; nihilominus sicut nix albescent &c.*

§. VIII. Nunc ipsam Dei sententiam de pœnitentibus peccatoribus latam & duplici propositione constantē inquisituri, hunc observabimus ordinem, ut primo utriusque propositionis obscuras voces enodemus, deinde Talmudistarum explicationem consideremus, & denique genuinum sensum adstruamus. In hac priori propositione unicum tantum obscuram vocem invenimus, הלבין enim *albu*; & שלג *nix* nulla plane difficultate laborant, sed omnibus admodum nota sunt. Vox שנים duas significaciones, in Ebræo textu obtinet, partim enim annos, partim quoque coccinum denotat. שנה & in pl. שנים annos significare neminem latet, an verò hic significatus in hoc textu locum inveniatur, Rabbini nobiscum disputare videntur. Si evolvamus *Tract. Talm. Schabbath Cap. Amar R. Akiba fol. 89. col. 2. in Gemarâ* sequentia verba legimus: כשנים כשני מיבעי ליה אמר ר' יצחק אמר להם הקדוש ברוך הוא לישר' אם יהיו חטאיכם כשנים הללו שסדורות וכאורת מששת ימי בראשית וער עכשיו כשלג ולבינה; *Dicitur Jes. I, 18 cum tamen scribendum fuisset כשני Respondet R. Jizchak: dixit Deus benedictus ad Israelitas: Si peccata vestra essent כשנים sicut anni illi, qui ordinati & præterlapsi sunt à sex diebus creationis ad hunc usque diem, nihilominus sicut nix albescent.* Quibus verbis Talmudistæ rationem inquirunt, cur h. l. scriptum sit כשנים in plur. numero, cum alias in scripturâ occurrat שני in singulari; hanc vocem eò magis admirantur, quando cognoscunt, quod vox huic respondens כשלג in singulari sit posita, quare etiam in *Comment. ad b. l. Gemarâ additur: כשני מיבעי ליה רומינת וכשלג דלנת כתיב כשלגים: dicendum fuisset כשני ut similis esset voci שלג uti nix in sing. non enim scriptum est כשלגים uti nives in plurali.* Ad hanc quæstionem respondent Talmudistæ, quod hæc voce כשנים (quæ & coccinum & annos significat) simul respiciatur ad annos, quæ à creatione mundi ad hæc nostra tempora præterlapsi sunt, quasi Deus diceret, si vestra peccata tanta essent, quanti sunt anni à creatione mundi præterlapsi, nihilominus sicut nix albescent, & vobis omnia remittentur. Hoc sensu explicuit Talmudistarum mentem Abarbanel in *Comment ad h. l. וכן הרשן חזר או יצחק אמר הקב"ה לישראל אם יהיו חטאיכם כשנים הללו שבאורת מסדורות מששת ימי בראשית וער עכשיו כשלג ולבינה*

וכפי זה הדרך נראה לי לפרש הכתוב כן אם יהיו חטאיכם כשנים ר"ל שאעפ"י שיהיו זקנים כחטאתם שגורו עליהם וחורגלו בהם שנים רבות הנך בשבנם אל ה' כקבלם התוכחת מד כשגז ילבינו ואמר זה ע"ל התמורת העוני וזמנם: *Ita exposuerunt hunc locum nostri sapientes pia memoria, dixit R. Jizbak, dixit Deus Benedictus ad Israelitas: quamvis peccata vestra essent, uti anni illi, qui ordine à primâ creatione ad hoc tempus præterlappi sunt, nihilominus sicut nix albescent. Si verba hoc modo exponantur, videtur mihi, quod Scriptura hoc sensu explicanda sit: si peccata vestra essent sicut anni h. e. quamvis senes facti sint in peccatis suis, ut hac ipsos superarent, in ipsisque perseveraverint multos annos; ecce, si modo ad Deum revertantur, & redargutiones ferant, statim sicut nix albescent; quod de magnitudine peccatorum & perseverantiâ in illis dictum est.*

§. IX. Eundem in modum R. Joseph. Zorpati in Jad Joseph Parfch. Nizzabim Conc. I. fol. m. 274. col. 3. alio tamen sensu hanc vocem homileticè explicuit sequentibus verbis: **דראוי להבין**: מהו כוננת האר' יתברך כאומרו ואם יהיו חטאיכם כשנים הללו שסדורות ובאות מששת ימי בראשית דמא שיוכן יש לחטאים עם השנים הסדורות מששת ימי בראשית ב' ראוי היה הפך זה ומקביל לזה אומרו אבל אם יאדימו כתולע דנראה דאין לו ענין: ונראה שיוכן בהקדמה שכתב הרב בעל העקידה ז"ל שער יג' דף מ"א שהעולם בכללו הוה כאיש א' וכמו שכתב הרב המורה פ' עב' ה"ג וכמו שהאר"ם שלישי חייו הם תוהו ובוהו הכל ושעשוע הולדות ותעתוע הנערות אשר א"ל בענין אחר מהכרת התלדה וכמ"ש גם במעלליו יתנכר נער עד שהת' בן עשרים שנה ומשם ואילך משתנה בעצמו ונהפך לאיש אחר ויבוש ממעש' ילדותו ומקבל עליו משם ואילך עול תורה ומצות ואח"כ בעת הזקנה בשלוש ימיו האחרון כשישיש חכמה ומוסף חכמה ודע' ככה שני ימי העולם שית' אלפי' הוי עלמ' שני אלפי' תוהו ובוהו ושני אלפי' תורה ושני אלפי' ימי המשות שלישי הראשון היה תוהו ובוהו ושליש השני קבל העולם עול

עור תורה ושליש השלישי ימי המשיח כי מלאך
 הארץ דעה אתה ה' ולסיכורו זו נראה שנקרא האדם
 עולם קטן; ובזאת הקדמה אבנה לבאר המאמר
 אמר אם יהיו חטאיכם כשנים הללו הסדורות ובאות
 מששת ימי בראשית כי שלוש א' העולם היו בחטא
 ודבר הכל כגון דור אנוש דור המכור דור הפלגה
 דור סדום ובכונה שלוש השני זרח אור התורה ככא
 זרח האיש אם כימי הנעורים חטא וכאשר בנה
 שלוש השני מחייו בכחרותו חזר בתשובה אז היה
 תשובה מעולה וכשלג ילבין רה"ל תשובה גמורה
 Quae latine sequentem in modum sonabant:
Opera pretium est intelligere, quo sensu Deus Bened. dixerit: Si pec-
cata vestra essent כשנים uti anni illi, qui ordinati & praterlapsi
sunt à sex diebus creationis mundi? Quam enim convenientiam
habent peccata, cum annis ordinatis & praterlapsis à sex diebus
creationis? Deinde queritur, quomodo haec verba sint contrarium,
& simul generale effatum, quod sequentia verba comprehendit; Si
vero rubra essent uti vermiculus. Videtur enim quod his verbis nullus
fit sensus. Sed videtur mihi, quod his verbis lux affundatur in præ-
fatione, quam scripsit Rabbi Baal Haakida felicitis memoriae Cap. XIII.
fol. 41. qui dicit; quod mundus hic universus sit quasi unus homo.
Vel uti scripsit Rab Hammore (Rambam More Nevochim) Cap. LXXII.
(mendum hic est in Codice, scriptum enim est, ע"י quod de hoc ar-
gumento non agit] Part I. Alias hominis vita in tres partes dispe-
scitur. Prima est תהו ובהו inanitas & solitudo, h. e. inanitas &
mollities infantia & aberratio pueritia; qua inevitabilia sunt ob neces-
sitatem ætatis primæ. Hinc etiam dicitur: Etiam ex petulantia co-
gnoscitur puer. Donec attingat annum vigesimum, eo enim & sequen-
tibus mutat seipsum, & fit homo alius, quem pudet suorum operum
pueritia. Eo anno & sequentibus in se suscipit jugum legis & præ-
ceptorum. Postea senectutis tempore, in tertia sua vite parte, est in
senibus sapientia & scientia, quam augent indies. Eadem mutatio
in diebus mundi observatur, sex millia annorum durabit mundus. Duo
millia erat inanitas & solitudo; duo millia erat lex; & duo millia
erunt dies Messia. Prima pars erat inanitas & solitudo; Secunda
pars recipiebat jugum legis; Et tertia pars complectetur dies Messia,

quo tempore terra repleta erit scientia Dei. Ex hac ratione videtur mihi homo mundus parvus appellari. His præmissis pergam & explicabo illam phrasin; Dicitur, si peccata vestra essent sicut anni ordinati & præterlapsi à sex diebus creationis. Prima enim pars mundi fuit in peccato & inanitate, quo spectant tempora Enoschi, tempora diluvii, tempora confusionis linguarum, tempora Sodome. Cum appropinquaret pars secunda, oriebatur lux legis: Ita etiam res comparata est cum homine, hic enim quando in pueritia vivit, peccat; appropinquante vero secunda parte sue vite, in adolescentia sua, revertitur & agit pœnitentiam, tunc recedit ab iniquitate, & uti nix albescit. Hinc est, quod in illo capite propheta de pœnitentia perfectè loquatur &c. Sed quamvis hæc ita sint, absit tamen, ut credamus, Talmudistas hanc explicationem pro genuinâ & literali agnoscere, neutiquam; talem sensum neque Talmudistæ neque Rabbinj pro literali unquam admiserunt. Sed notum est omnibus Rabinicarum literarum gnaris, quod Ebræi duplicem scripturam explicandi modum adhibeant, quorum alterum רורשני mysticum vel potius אנדרון jucundam meditationem, nostris meditationibus Homileticis non dissimilem; alterum verò פשוט literalem appellant, vid. Rasche in Bresch. Cap. I. v. 1. Quod verò sensum Agadæ sive jucundam illam meditationem pro genuino & literali sensu in dicto Jesaiano non habeant, vel exinde probatur, quia neque Rasche neque Aben Esra illam admittant. Et quamvis Abarbanel eam exponat, neutiquam tamen pro literali agnoscit, quod ex phrasi וררר זרר, & si secundum hunc modum scil. Agadæ exponatur &c. colligitur.

§. X. Si verò Rabbinj non literaliter, sed allusive tantum annorum significatum illi voci tribuunt, eo minus de coccini explicatione ambigendum erit. Hoc tantum superesse videtur, ut vocis שני (1) Radicem, (2) formam, (3) colorem investigemus. Doctissimus Braunius Lib. I. de Vest. Hebr. §. 251. prolixus est, ut vocem שני à Rad. שן acueri derivet, huncque colorem acutum non iterarum dici, evincat. Videamus tantum, quæ §. 215. p. m. 239. scribat, ex quibus tota mens ejus patefcet: ex omnibus, quæ jam à nobis dicta sunt, colligi posse puto, vocem שני non derivari à שן iterare, sed à שן acutus est, ut שני proprium sit nomen coccini, ita dictum ab acuto & igneo splendore, quemadmodum & Græcis ὄζα meraxa, quasi acuta pur-

purpura ab $\delta\zeta\acute{o}$ acutum dicitur, ut supra docuimus, paragr. CCVIII. Et sane observatu dignum est, Hieronymum in Epistola ad Fabiolam, docere coccinum Hebraicè שני sen vocari. Si tamen hæc conjectura non arridet, quia non satisficit legibus Grammaticæ, nec anomalum esse velis, dicam ejus radicem, ut multarum vocum, à nobis ignorari. Saltem Hieronymus affirmat, Hebræis coccum שני sen dici: Sic tholaac solum esset vermis, aut vermiculus; Sebani, acutus color, & junctura TholaathSebani idem, ac si diceres vermiculum acutum, quale est coccinum. Præcipua ejus ratio, quæ ipsi hanc opinionem suggestit §. 214. adducitur, quod nimirum ex nullo probato aut classico autore aurei aut argentei ævi probari possit, ante tempora Hieronymi coccinum dibaphum sive à Græco sive à Latino appellatum fuisse. Si verò שני antiquis non est dibaphum, iteratum, sequetur, quod à Rad. שנ neutiquam derivari possit. Sed pace hujus viri celeberrimi sententiam hanc difficultate non simplici laborare dicimus. Quamvis enim שני non dicatur ab antiquis dibaphum, voce tamen ad radicem שנ iteravit aperte respiciente $\delta\iota\pi\lambda\acute{\epsilon}\nu$ duplex à LXX. appellatur. Sic Exod. XXV, 5. XXXV, 6. $\text{שני כֹּכְבִיבִים דִּיפְלֵיִם}$ coccinum duplex verti invenitur. Quam verò convenientiam $\delta\iota\pi\lambda\acute{\epsilon}\nu$ cum Rad. שנ acuerre habeat, nemo facile conjecerit. Nulla ergo nos urget necessitas, ut in derivatione ab Hieronymo, Buxtorfio, Coccejo, ingentique reliquorum interpretum acie recedamus. Præterea, ut שני à שנ acuit, $\delta\zeta\acute{\alpha}$ metaxa ab $\delta\zeta\acute{o}$ acutus deducatur, Regulæ Grammaticæ exemplorum inductione firmatæ impediunt; quod ipse quoque Braunius prævidit, & radicem ejus incognitam esse tandem statuit. Antiquos ergo שני à Rad. שנ deduxisse LXX. evincunt, sed quo sensu non tam liquet. Potuit שני $\delta\iota\pi\lambda\acute{\epsilon}\nu$ dici, partim quod duplici filo contortum, partim quod color ejus iteretur & repetitus sit. Colores iteratos fuisse purpura docet, lanam quoque tam vivido & saturo colore, qualis coccineus fuit, vix tingi potuisse, nisi bis colore mersam, facile perfvademur; ut purpureus æque ac coccineus color bis tinctus probabiliter dici possit, quamvis forte nulla antiquitatis testimonia de coccineo prostant.

§. XI. De Formâ vocis שני interpretum dissensum pariter offendimus, R. D. Kimchi שני singulare esse putat, quod cum forma שני cui pariter שני adjectum est, conveniat. Videamus ver-

ba

ba ejus, quæ *Seph. Hafchor. Rad. שן col. 540. leguntur* : ויתכן שהמם נוספת ויוד שני שנים במקום הא למד הפעל ואם היתה נקראת היוד היתה שנים כמו חנם כתשלומו חננים וכהנחתם היוד הטילו בנן תנוע' היוד שהויה החירק והויה הנכון במלה הזאת כי אין טעם לקבוץ רבים במלה הזאת ועוד נכתבנו בשרש שנה והויה : *Mibi videtur, quod מ adjectivum sit, & quod lit. jod in vocibus שני & שנים occupet locum tertie radicalis Heb. Si jod pronuntiaretur, dicendum esset שנים ad formam שנים quod perfectè pronuntiandum esset שנים. Quando vero jod quiescit, retinetur sub Nun vocalis & jod, quæ est Chirek. Hoc mihi probabile videtur in hac voce, quoniam nulla ratio est, cur Plur. numerus in eâ statuatur. De quo agemus in Radice שנה, videtur enim mihi, quod Radix vocum שנה & שנים sit שנה. Iisdem ferè verbis R. Salomo Ben Melech ad nostrum locum Jesaianum ex Davide Kimchio, quem plerumque sequi solet, eandem vocem explicat, quem si placet, videas. Sed hanc conjecturam Apolline dextro factam non esse, cognoscunt ii, qui rem accuratius perpendunt; obstant enim quædam, quæ nostrum assensum retinent. Primo vox שנים nostræ voci parallela non est, illa enim à Rad. שנה *gratia persecutus est*, hæc verò à Rad. שנה descendit, quod ipse Kimchius fatetur, & quamvis in adjunctione literæ מ convenire videantur, nihilo secius in punctis multum à se distant. Nec est, quod urgent, nullam rationem adesse, cur Plur. numerus adhibeatur; nam nos eandem subesse putamus rationem, quæ in voce שנים *lin* deprehenditur. Ad nostram sententiam *Mercerus in Comment. in Proverb. Salom. Cap. XXXI. v. 21. p. m. 514.* accedit. Retineamus ergo formam ordinariam, quemadmodum enim ex שנה derivatur שנה *purus*, ex שנה *pauper*, ex שנה *affatum*, sic etiam deducamus à שנה *iteravit*, שנה *iteratum*, secundum *Buxt. Thes. Grammat. L. I. Cap. XVI. p. m. 322.* Si fortè objicias, ex hac formâ in Plur. quoque שנים ad formam שנים legendum esse: respondemus loco שנים legi שנים ne vox שנים *duplices* cum nostra confundatur, uti alias à שני in Plur. שנים *Num. XXIV, 24.* & à שנים in Plur. שנים liberi *Es. LVIII, 6.* habetur. Vid. *Jacobi Alting.**

ting. *Fundamenta Punctat. sect. V. p. m. 126.* nec non Clarissimi Dan-
zii *Literat. Cap. III. §. 33. num. III. observ. 1. & 2. p. m. 301.*

§. XII. In colore tantum non discrepant interpretes, sed omnes
שני rubrum colorem fuisse, quantum nobis constat, perhibent. Sic
Exod. XXV, 4. תולעת שני ab Onkeloso vertitur צבע זָהָב
color *splendidus, coccineus.* Ab Arabe redditur صَبْعُ الْقَرْمِزِ
color *vermiculi cocci*, unde vulgatum *Kermes* conf. *Lex. Gol. p. m.*
1894. LXX. κόκκινος διπλῆς coccinus duplex. Vulg. *coccus bis tin-*
ctus. Inter recentiores B. noster Luth. Rosinroth. *Vatabl. vermi-*
culus cocci; Jun. Trem. *coccinea dibapha;* Galli Genev. *du Cra-*
moisi; Anglicè *Scarlet;* Judæi in Beer Moscheh *Kosch;* in Germ.
Judaicà *Bibliorum V. T. translatione Amstelod. Anno 439.* cum Pri-
vil. Reg. Polon. edita קארמיזין *Carmisin.* In Bibliis Venetis
Anno 438. editis in *Pitbron col. milla sara* vertitur *vermiglio Cre-*
mese h. e. *vermiculus cocci.* Sic omnes ferè in rubrum colorem
consentiant; quoniam vero apud antiquos duo inprimis rubri colo-
res noti erant, quorum alter purpura appellabatur, & nigricantis rosa
aut sanguinis concreti instar erat, & quam proxime ad nostrum *pon-*
teau accedebat; alter verò, quem *coccum* vocabant, & rubore flori-
do, austeritate tamen & nigritià quãdam fraudato lucebat, & cum
nostro *Scharlach* s. *Escarlatte* conveniebat; meritò quaeritur, cui ex
his Hebraei nomen שני imposuerint? Hanc quaestionem solvemus
dispiciendò partim, quam notionem antiqui voci ארומן quæ omni-
bus quoque ruber color est, subjecerint; partim quæ Synonyma no-
stri שני apud interpretes inveniuntur; ex utroque enim verè
sententiæ lux accedet. ארומן *Chaldaus* appellat ארומן, quæ est rubra
purpura non ex conchylio facta, sed ex illius cochleæ sanie, quæ pur-
pura dicitur. LXX. vertunt πορφύρεα. Sic & *Josephus, Philo Ju-*
deus, Hieron. & reliqui veterum. Purpura hæc comparatur san-
guini, genis, labellis rubentibus, rosæ, uvæ, quod prolixè *Braun. L.*
I. de Vest. Sac. Hebr. §. 178. p. m. 204. ex *Homero, Ovidio, Virgilio* pro-
bavit. De purpura Tyria, quæ plerumque purpura absolute dicitur
Plinio L. IX. cap. XXXVIII. p. m. 432. sermo est iniquenti: *Laus ei*
summa, color sanguinis concreti, nigricanti adpectu, idemque suspe-
ctu resurgens, unde & Homero purpureus dicitur sanguis. Eidem
cap. XXXVI. p. 430. nigricantis rosæ color subluccens appellatur. Ex

C

qui,

quibus colligimus, genuinum purpuræ colorem fuisse ruborem saturum, austerum & nigricantem, ita ut ejus dos & præstantia vix animadverteretur primo intuitu; at ubi in altum elata suspiciebatur, de medio istius nigritiæ acutissimum lumen & egregius nitor splendebat. Quem in finem laudatus *Braunius Macrobii*, quæ *Lib. II. Saturnal.* leguntur, verba, adduxit, de Augusto purpuram empturo loquentis: *Cum de Tyria purpura, quem emi jusserat, obscuritate quaereretur, dicente venditore: Erige altius & suspice, his salibus usus est.* Adde si placet, quæ de eodem colore congestit *Bochart. Part. Post. Hieroz. L. V. cap. XIV. p. 736. seqq.* Eodem modo de coccino nostro antiquitatis testimonia prostant, quæ nobis ejus colorem quodammo- do depingunt. *Epiphanius* *Ἰωάννης πύργος* *loricas igneas, quas Apocal. IX. 17.* legimus, exponit per *κόκκινα, coccina*, in *Alogis Sect. XXXIV.* quod coccineus color maxime sit igneus. Sic *chlamys coccinea*, uti habet *Matth. XXVII, 28.* à *Luca cap. XXIII, 11.* vocatur *λαμπρὰ* *splendida*, quod de coccino intelligi debet. Nec aliter intelligit *Syrus*, cum pro *λαμπρὰ* habeat *ܠܐܘܪܘܟܐ* quod est Chaldæorum *ܘܪܘܟܐ* & *ܘܪܘܟܐ* *coccinum* quod à *ܘܪܐ* *splendere*, quia uti ignis splendet, dicitur: Si itaque purpura & nigricans ille color de *ܘܪܘܟܐ* dicitur, & *ܘܪܘܟܐ* *coccina* magis igneum & splendidiorem habuit; colligimus, coccinum rubrum fuisse, rubore florido & aucto lumine splendens, instar micantis rosæ, sed nigritia ista & saturitate purpuræ fraudatum, uti hæc omnia laudatus *Braunius* l. c. prolixè docuit, cui nostrum hac in parte calculum adjicimus. Hunc colorem noster *B. Luth. Blut-roth* appellavit, forte quod sanguine vermiculi tingeretur, & quod sanguineus color obscuritate sua peccatorum fœditatem quam optime adumbraret. Mentem tamen Prophetæ attingere propius videntur, qui hunc colorem *Scharlach* Gall. *l'ecarlatte* appellant. Si dicas Arabicè hunc colorem *Kermes* dici, & ex eò nostrum *Carmesin* originem ducere, ut dubitari possit, annon potius color *שני* cum nostro *Karmesin* conveniat? Respondemus, *Kermes* nomen animalis & vermis esse, uti *Braunius* ex *Bocharto* l. c. §. 101. docet, unde ratio patet, cur coccineus color etiam *Kermes* & *Karmesin* appellatus sit, quamvis nostri infectores hos colores distinguant.

§. XIII. Notatu dignum est, quod pallium, quo à perfidis Judæis

no

noster Salvator amictus est, ejusdem fuerit coloris, cum quo noster Propheta peccata hominum comparat. Diximus צניף esse colorem coccinum, & *Mattheus cap. XXVII, 28.* pallium illud ejusdem coloris fuisse testatur, dicens: καὶ ἐνδύσαντες αὐτὸν, περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην. Et cum exuissent eum, circumposuerunt ei chlamydem coccineam. Nec obstat, quod *Lucas cap. XV, 17.* illud πορφύρεον purpuram, & *Job. XIX, 2.* ἱμάτιον πορφύρεον appellent; notum enim est, quod antiqui omnes ferè colores rubros purpuram vocaverint. Hinc est, quod *Horatius L. II. Satyr. VI. v. 102. & 103.*

rubro ubi cocco

Tincta super lectos canderet vestis eburnos.

quam vestem tamen v. 106. purpuream appellat. Sed hoc ideo factum esse videtur, ut innuatur, nostrum Salvatorem cum palliò coccineò omnium hominum peccata in se suscepisse, quo homines albis innocentiae vestibus induti, puri & mundi coram thronò divinò apparete potuerint.

§. XIV. Hic ruber color peccatorum humanorum symbolum à Prophetà traditur, cujus rationem non quivis facile reddet. Si Ababanelem consulamus, respondebit, quod peccata Israëlitarum ideò rubra vocentur, quoniam populus ille innocentis sanguinis effusione, & oppressione aliorum cruentà manus suas contaminaverit. Ejus verba in *Comment. ad h. l.* sunt sequentia: כשנים כלומר ארומים מום החרגום והעשוקים: *Si peccata vestra coccinea essent h. e. sanguinea propter sanguinem occisorum & oppressorum.* Sed an phrasi hác respiciatur ad sanguinem, dubitari potest, quod nulla sanguinis facta sit mentio. Nec statim concedimus, Prophetam mente in primis ad innocentis sanguinis effusionem collimasse, quia in antecedentibus alia peculiaria peccata enarrantur, quibus se Judæi maculaverant. De peccatis in genere sermonem esse, contextus & ipse versiculus noster docet, quæ omnia communi coccinei coloris symbolò exhibentur. Veritati ergò magis consentaneum videtur, album & rubrum colorem sibi invicem opponi, & uti ille naturali puritate suà innocentiam refert, (uti mox pluribus monstraturi sumus); sic hic, qui longissimè ab istò recedit, suà particularum rubrarum mixturà peccatorum reatum adumbrat. Tam affectus Prophetæ, quàm vocum nexus, quo albedo & rubedo, diver-

fissimi colores, componuntur, docent, hic tam peccatorum atrocitatem rubedine, quam remissionis perfectionem albedine proponi. *Flaccius Clav. Script. voce Rubeo p. m. 1076.* dubius hæret, ex qua ratione rubedo peccatorum contaminationem significet: *Rubeus color*, inquit, *sive, quia sanguinem refert, sive ob aliam causam in sacris literis contaminationem peccati denotat.* Idem in medio relinquit celeberrimus *D. Mayerus*, cujus in *Geistl. Reden Orat. X. p. 616.* sequentia verba leguntur: Wir halten uns hierneben nicht auff/ warum eben die rothe Farbe der Sünden bengelegt werde / ob der heilige Geist sein Absehen habe auff den Huren-Habit / welcher meistens roth war / (wie *Corn. à Lapede in h. l.* dafür hält) daher auch die Babylonische Hure in einem Scharlacken und rosinfarbenen Kleid eingeführet wird / *Offenb. XVIII, 4.* oder auff das rothe Band / welches zwischen die Hörner des Verfühn-Bocks / und an die Kirch-Thür gebunden war &c. de quo nos infra pluribus agemus.

§. XV. De peccatis ob gravitatem & atrocitatem cum rubedinis colore comparatis in nostro Textu porro dicitur quod כְּשֵׁלַג יִרְבֵּינוּ sicut nix albescent. Vocem לבן, cujus Conjug. *Hiph.* est הִלְבִּין albedinem indicare, ex Lexicis constat; quod verò purissimam significet, partim ex adjectâ voce שֵׁלַג, partim ex aliis cognatis discimus. Nivem omnium rerum purissimam esse, nemo erit, qui in dubium vocet; inde etiam factum est, ut Hebræi perfectissimam albedinem, quæ summæ munditiæ, innocentæ & puritatis signum est, nivis cognomine appellarent. Hinc David multis peccatis contaminatus Deum rogat אֲלֹבִין וּמִשְׁלַג תִּכְבַּסְנִי *laves me, & nive candidior ero*, h. e. purissimus & mundissimus ero, *Psal. LI, 9.* Hanc puritatem etiam vox לְבָנָה, quæ *lunam* significat, comprobat. Nam quoniam antiqui in illâ stellâ insignem observarent candorem, eam לְבָנָה h. e. *stellam albam* vocarunt. Vid. *Leigh. Crit. Sacra voce לְבָנָה p. m. 115.* Si itaque antiqui nivis voce purissimam albedinem denotarunt, sequetur, nostrum Prophetam, qui illâ phrasi in sensu morali usus est, perfectissimam & absolutissimam puritatem & innocentiam, nullò planè peccatorum reatu contaminatam intellexisse. Caveamus tamen, ne cum Pontificiis hanc purificationem, quæ, uti ex circumstantiis patet, justificatio est, in expulsionem quâdam & vitiositatis abolitionem quæramus. Si enim hoc esset, sequeretur, homines justificatos nul-

nulla plane peccata committere posse, quoniam justificatio, quæ h. l. perfectissimâ nivis albedine indigitatur, perfectissima est, quæ si in expulsi-
 one vitiositatis constituta esset, etiam perfectissimè omnem vitio-
 sitatem & pravas inclinationes tolleret, quod omni experientiæ con-
 trariatur. Caveamus quoque, ne in errorem contrarium de reatu pœ-
 næ saltem temporalis remanente & satisfactione propriâ in hac, in al-
 tera vero purgatoriô expiandô, incidamus; si enim justificatio & pu-
 rificatio illa est perfectissima, non apparet, cur reatus aliquis remaneat
 purgatoriô expiandus. Illi sanè non sicut nix, h. e. perfectissimè albi
 sunt, quibus reatus aliquis adhuc inhæret; in justificatis *ἁδὲν κατὰ-
 νεμα*, uti Paulus dicit, nulla condemnatio est *Rom. VIII.* quare h. l.
 perfectissima & omnibus absoluta numeris puritas moralis intelli-
 genda erit.

§. XVI. Si rationem inquiras, cur puritas moralis sive justificatio
 sub albedinis specie proponatur; respondebimus, quod albedo ob
 puritatem suam minus mixturæ secum trahat, & quod ea apud omnes
 ferè gentes ideò pro sacro colore fuerit habita. Magno illo expiati-
 onis die, cujus solennia *Levit. XVI.* toto describuntur, summus Judæo-
 rum Sacerdos vestibus albis indutus comparebat, suoungebatur expiati-
 onis officio, eodemque die sanctissimum ingrediebatur, uti pluribus
 I. c. *Levit. v. 4.* in primis legi potest. *Tunica linea sancta induat se*
(Ahoron Sacerdos magnus) & femoralia linea erunt super carnem
ejus, balteoque lineo accinget se, & mitra linea velabit sese: Vestes
sanctitatis sunt. Lineas has vestes albas fuisse, exinde colligitur, quod
 omne linum natura sua album sit. Confirmant hoc Judæi, ex quibus
 tantum *Maimonidem Part. III. Hilchoth Kele Hammikdasch cap. VIII.*
n. 3. fol. m. 185. adducam. *בגדי לבן הם ארבעה כלי שמשמש בהן כהן גדול ביום הכפורים. כתנת ומכנסים ואבנט ומצנפת וארבעת לבנים וחוטן*
h. e. Vestium albarum sunt quatuor, in quibus Sacerdos Magnus die expiationis suo sanctus
est officio. v. g. Tunica, femoralia, balteus, cidaris. He quatuor vestes
sunt alba, earumque fila linea sunt sexies iterata, (duplicata.) Conf. R.
Levi Barzelonite Lex XCIX. p. m. 128. Consentit Jurieu Hist. Cri-
tique Part. II Chap. VI. p. m. 282. Dans le grand jour du Jûne, il
avoit des habits particuliers, qui nous sont marquez dans le seizieme
chap.

chap. du Levitique: Savoir, 1 les brayes de lin. 2. La chemise de lin. 3. La tiare de lin, & la ceinture du lin. Ces vetemens estoient donc fort simples, & de couleur blanche, c' est pourquoy les Juifs les appelloient לבן les vetemens blancs, & les autres, qui estoient beaucoup plus magnifiques, s' appelloient זהב les vetemens d'or. Quod Sacerdotes minores ejusdem coloris albi vestes gestaverint, idem allegatus Maim. l. c. n. 1 affirmat sequentibus verbis: בגדי כהן הטוור הם ארבעה כלום . כתנת . ומכנסים . ומגבעות . ואבנט . וארבעתן שר פשתן לבנים וגו' h. e. Vestes Sacerdotum minorum fuerunt quatuor: Tunica, femoralia, cidaris & baltheus. Et hæ quatuor sunt lineæ albæ &c. Quod Sacerdos magnus magno illo jejunii & expiationis die vestibus sacris sit, ex eò factum esse videtur, quod eò die omnem populum Israëliticum apud Deum sacrificiis expiare, eumque album h. e. ab omnibus peccatis mundum reddere debuerit. Vestes albas inter gentilium sacerdotum obtinuisse, ex Plinio & Apulejo Braunnus L. I. cap. XI. §. 164. p. m. 179. docet. Apud omnes gentes niveum colorem sacris proprium fuisse, variis testimoniis evincit Marshamus Canon. Chron. Sect. IX. p. 219. Hæc non sine ratione facta videntur; ex eò enim, quod albus color purissimus fuerit habitus, colligimus, Sacerdotes albo vestitu internam puritatem & innocentiam populo persuadere voluisse, ut adeò albedo puritatis internæ moralis signum fuerit.

§. XVII. Ut Propheta sententiam Dei Judicis de hominis peccatoris poenitentia latam eò evidentius & ἐμφανωδέστεως Israelitarum cordibus imprimat, eundem sensum aliis verbis exprimere annifus est, hinc est, quod in Textu nostro adjiciat: אם יארמו כתרלע כצמר יהיו *Si rubra essent uti vermiculus, nihilominus sicut lana erunt.* In hæc altera propositione α.) vocem יארמו rubra essent, β.) כתרלע vermiculus, γ.) צמר lanam, δ.) nexum & sensum horum verborum enodabimus. Vocem יארמו quod concernit, de eà Philologi non eandem fovent sententiam. Est enim celeberrimus Jobus Ludolphus Comment. ad Hist. Æthiop. L. I. c. VI. n. CVII. p. m. 207. seq. qui præter rubedinem aliam ejus significationem in lingua Æthiopicâ quaerivit, inque eà *formositatis* significatum invenit. Hinc putat, quod derivatio vocis ארם primi hominis, non ab ארמה terra rubra, sed potius ex significatione Æthiopicâ, in qua *formositatem* denotat, de-

deducenda sit. Hoc partim testimonio Talmudicò, quo primi hominis pulchritudo laudatur; partim quoque Græcâ voce *κόσμος* mundus confirmat. Existimat enim Græcorum *κόσμον* suam appellationem à Phœnicum *אֶרְמוֹן*, quæ *ornatum mundi* significat, traxisse, quoniam nomen ipsum cum illâ convenit, ut ex *Herodotò L. V. cap. 38.* notum est, omnem literaturam ex Phœnicia in Græciam commigrasse. Quod Æthiopica lingua talem significatum contineat, in dubium vocari non potest, Radix enim *አዋዕ*: *placuit, jucundum fuit, delectavit*, significat, hinc *አዋዕ*: *jucundus, sçavis, delectabilis*. Vid. *Lex. Æthiopico Latino* jam Laudati *Ludolfi*. Hanc sententiam confirmare videtur clarissimus *Bochartus*, qui *Part. II. Hieroz. L. V. cap. VI. p. m. 688. seqq.* voci *אֶרְמוֹן* præter *ruborem* contrarium planè colorem, *candorem* nempe, indit, quem ex Arabicâ linguâ, & quidem ex voce *أبيض*, quæ *candidum & perquam album camelum*, nec non ex voce *أبيض*, quæ camelis tributa, *candorem eximium*, significat hausit. Huic sententiæ robur addere vult ex voce *אֶרְמוֹן* quæ *Levit. XIII, 19.* occurrit, & dubiæ significationis redditur. Est ibi de lepræ maculâ sermo, quæ à Mose vocatur *אֶרְמוֹן* quam noster *Bochartus* valdè candidam reddit, & vulgari Grammaticorum regula nititur; voces, quarum ultimæ literæ germinantur, significatum intendere. Addit tandem, quod *Thren. IV, 7.* Jeremias de Nazaræis dicat *אֶרְמוֹן עֵצִים מִפְּנֵינֵינוּ* *rubri fuerunt h. e. nitebant corpore præ margaritis*: In quâ phrasi margaritæ in voce *אֶרְמוֹן* albam colorem urgere videntur.

§. XVIII. Quamvis nostrarum partium non sit, ut tantorum virorum placita inquiramus, nihilo tamen secius advertimus, ex adductis nondum sufficienter colligi, Radicem *אֶרְמוֹן* inter Hebræos quondam, præter rubedinis, pulchritudinis quoque vel candoris significatum fuisse præditam. Negare equidem nolumus, significationem jucunditatis & delectationis inter Æthiopes esse usitatam; sed de eò tantùm dubitamus, an ille significatus tam antiquus sit, quam ille rubedinis, quem Scriptura Sacra toties repetiit. In vocabulorum enim ex gente ad gentem migratione, observamus, quòd frequenter non sine significationum immutatione facta sit. Ex Latinorum *noxâ* factum est

est Gallorum *noife*, quæ duo notione maximè differunt, quod hoc posterius jurgium significet; cum deinde eadem vox *noife* ex Gallia in Angliam trajiceret, *strepitus* significationem assumsit. Ex Germania vox *land* ad Gallos profecta est, apud quos tamen tantum terram incultam & ob sterilitatem relictam denotat. Idem in lingvis Orientalibus usu venire, unico tantum exemplo ostendamus. Apud Hebræos רבר significat *locutus, elocutus est*. Apud Chaldæos eandem vocem diversâ tamen significatione offentes, his enim רבר significat, *duxit, adduxit, abduxit, gubernavit*, quam notionem apud Syros quoque retinet. Inter Arabes vero multo arctiorem significationem retinuit, præter alias enim significationes ab Hebræâ multum recedentes, etiam *dictum vel factum post alicujus mortem referre*, significat. *Conf. Lexic. Castellî Rad. רבר p. m. 648.* Ex quibus patet, quod cautè ex aliis lingvis Hebræorum vocabula sint explicanda. Ponamus, Æthiopicum Lexicon genuinam referre notionem, dubii tamen hæremus, an forte vox ארם, quæ *rubedinem*, colorem oculis jucundum, denotat, in itinere suo propriam amiserit significationem, & jucunditatis tantum sensum retinuerit. Κόσμον ex Phœnicia ad Græcos transiisse, non sine ratione ambigimus; hoc enim si esset, ipsa potius vox ארם cum aliquâ immutatione transiisset, & aliquam retinisset generis notam, qualis in voce κόσμος planè nulla apparet. Parum quoque huc faciunt, quæ *Bochartus* suæ sententiæ fundamenta supposuit. Vox enim non solum de camelis usurpatur, & candidus & albus significat, sed adhibetur quoque de aliis rebus, & fuscum olivastrium, triticeo colore præditum, denotat, quæ propriam & originariam vocis significationem haud obscurè indicant. Quod idem Grammaticorum regulam in voce ארם מרת urget, nullum robur conceptæ sententiæ addit, eam enim universalem non esse, præter alios noster quoque Clarissimus *Danzius* agnovit, qui *Intr. Ebræo-Chald. cap. III. §. 92. p. m. 101.* advertit, quod *voces, quæ posteriores duplicant literas tam augere significationem videantur, quam in aliis minuire.* Et quamvis laudatus Autor ea tantum proponat exempla, quæ à *Bocharto* in dubium vocantur, eorum tamen alterum tam certam subruffi significationem in mox sequentibus verbis obtinet, ut *Bocharti* regulam, eaque suffultam sententiam evidentè infringat & evertat. Si enim verba *Levit. XIII. 19.* וְהָיָה כַּמֶּקֶם הַשְּׁחִין שֶׁאֵת לִבְנָהּ

וְהָיָה

או כהרת לבנה אדומרת; *si in locò inflammationis sit macula alba, vel splendor albus* אדומרת *subrufus*. Si hanc vocem, vertere velis ex mente Bocharti *admodum lucidus*, obstat tibi vers. 24. ejusd. cap. והיתה מזירת המכותו כהרת לבנה; אדומרת או לבנה; *Si verò in carnis cute fuerit adustio ignis & sanata adustio sit instar splendoris albi subrufi, aut albi*. Ubi oppositio *subrufi* potius, quam candentis sensum suadet; qualis enim esset oppositio in versione hac: *Si adustio sanata esset instar splendoris albi candentis, aut albi?* Maximè verò isti sententiæ contrariatur ejusdem cap. v. 49. ubi de veste dicitur: והיו הנגע; *si plaga lepra sit subviridis, aut subrufa, in veste*; in quò loco אדומם nullo modo candorem elegantem significare potest; vestes enim usu tritas canduisse & splendore claruisse nemo sibi facile persuadebit. Si denique per פנינים *Thren. IV, 7.* vel corallia vel margaritas rubras intelligamus, quales teste *Plinio* reperiabantur circa Bosphorum Thracium (*conf. Lib. IX. cap. XXXV. p. in 427. In nostro mari reperiri solebant (uniones) crebrius circa Bosphorum Thracium, rufi ac parvi in conchis, quas myas appellant*) non opus est, ut à consuetà significatione recedamus, quæ alias toties in Scripturâ S. recurrit.

§. XIX. Si nostrum in hac questione consulamus *Jesaiam*, aperte pro rubedinis significatu pugnabit, inquit enim: si peccata vestra כהולע יהיו *rubra essent, uti vermiculus*; כצמר יהיו *sicut lana erunt*. His verbis duplici argumento nostram rubedinis notionem, confirmat, partim quod vocem אדם cum רולע vermiculus ruber, quo lana tingitur, ut rubrum colorem imbibat, conjungit; partim quod eidem voci כצמר יהיו *sicut alba lana erunt*, opponit, quod utrumque rubrum colorem indicat, uti jam pluribus videbimus. Quod רולע vermiculum, quo lana tingitur, ut rubra fiat, significet, ex antiquis versionibus, interpretibus, scripturæ circumstantiis, & autorum testimoniiis confirmatur. Versio LXX loco רולע *nonnover coccinum, Jonath. legit כזהריתא* quod cum *coccino* convenit. Inde est צבע זהוירי *color coccineus Exod. XXV, 4.* Syrus substituit אֲדָמָה quod est Hebr. רולע *vermiculus*; Vulg. *coccinum*. Quod sit color ruber, omnes ferè uno ore clamant. *Aben Esra ad Exod.*

XXV. 4. sequentibus verbis nostram sententiam confirmat: והגאון אמר בו קרימו כי הוי' ארום רק איננו כצבע הארגמן והגאון אמר: R. Gaon dicit de hoc colore, quod sit Cremese (h. e. Cremese) est enim ruber, non tamen uti color argaman (purpureus). Ob vocem תולעת vermiculus, dicunt quidam, quod sit sericum. Hunc locum ideo adduximus, quod eum incomplete à Braunio Lib. I. de V. H. §. 205. adductum observaverimus. Cujus rei fortè causa est, quod vox קרימו ipsi negotium facessiverit. Nos putamus, quod in Bibliis Buxt. in ea voce loco ך fit legendum ך ut Cremes oriatur; hanc vero convenire cum voce Gall. Cramoisi, quod nostrum Karmesin est, ex Pithron Col Hamilla Sara Venet. impresso, colligimus. In hoc enim ad h. l. annotatur in margine Vermiglio cremese, vermiculus carmesinus, quod ni toti fallimur, optimè lectionem genuinam restituit. Quamvis Aben Esra adjecerit, quosdam vermiculum explicare per sericum, suum tamen illis denegavit calculum, quod apparebit si eundem ad Ef. I, 18. loquentem introducamus: ופרוש תולע. כמו תולעת השני שהיא צבע קרומאזן ואף ערל פי שזכר שנים שפירושו ארום זכר תולע קרומאזן אחריו תולע רצוהו כו ויתר ארום: Explicatio vocis vermiculus convenit cum illa תולעת השני vermiculo bis tinctum, per quod intelligitur color Krimasin. Et quamvis adducat vocem תולע שני cujus expositio est ruber; nihilominus tamen subjicit vocem תולע quâ ruborem majorem exprimere voluit. Rafehe describit hunc colorem fustus sequentibus verbis ad nostrum locum adjectis: כתולע צבע שצובעין בו ארום גרעינן הם ויש תולעים בכל אחד צבעו כצבע תולע. Est color, quo rubra colorare solent. Sunt grana, in quibus singulis vermiculi sunt. Ramban huic adstipulatur & nostrum coccinum à purpureo distinguit Hilch. Kele Hamikdash Cap. VIII. n. 13. fol. edit. Venet. 186. col. 1. ita scribens: הארגמן הוי' הצמר הצבע ארום ותולעת השני הוי' הצמר הצבע כתולע: Argeman (purpureus) est lana rubro colore tincta; Tbolat haschani (vermiculo bis tinctum) est lana tincta vermiculo. Horum vestigiis insunt interpretes Judæi, sic in Pithron col Milla Sara ad locum nostrum Jesaium in margine invenies; s' arrossiegia anno come il vermiglio: si peccata vestra rubra essent uti vermiculus. Germanica versio Jud. quæ Amstel. Anno post Christum natum 1677. prodit

diit, in hujus locum substituit: **אֵל ווערן זיין דוּרְת** (יִוֵּת)
 רוֹשׁ אֵלֶּיךָ קִרְמִזִּין. ווערדן זיין דוּרְת אֵלֶּיךָ ווייט וואָרל:
 Ja wären sie so roth als Karmesin/ werden sie seyn / als weisse Wolle.
 His assentiuntur Christiani, & quidem Anglus; *though they be red like
 Crimson, they shall be as Wool. Si essent uti carmifinum, uti lana e-
 runt. Nec dissentiunt Genevenses: & quandils seroyent rouges
 comme le vermillon, ils deviendront blanc comme la laine; si tam ru-
 bra essent uti vermiculus, sient tamen alba uti lana.*

§. XX. Vermiculum hunc colorem rubrum significare scripturae
 circumstantiae quoque evincunt. Hebraei codicis lectio nos docuit,
 quod **תולעת** *vermiculus*, frequenter cum **שני** quae pariter rubrum
 colorem denotat, conjuncta inveniatur, conf. *Exod. XXV. & XXVI. &
 XXXVIII. & XXXV. & XXXVI. & XXXVII. & XXXIX. Levit. XIV.
 Num. IV. & XIX.* Quandoque **שני** praecedit, quandoque verò idem
 sequitur. Sic legimus **שני תולעת** *Exod. XXV. 4. c. XXXVI. 8.
 c. XXXIX. 29. & c. תולעת שני* vero reperitur *Levit. XIV. 6. 51.
 Num. XIX, 6. & c.* Hoc quoque observavit *Aben Esra* his verbis ad
Exod. XXIV. 4. additis: **והתולעת שני וכתו' ושני התולעת**
 & **ותולעת שני** Ad verba **שני** *כמו מצור החלמיש חלמיש צור:*
vermiculo bis tinctum sequentia leges: *scriptum quoque est ושני*
תולעת bis tinctum vermiculo. In quo convenit cum phrase
Deut. XXXII, 13. & oleum מַחְלִמֵשׁ צִיר è silice petra (h. e. petrea)
 fluet. *Deut. verò VIII, 15.* legitur, *qui eduxit tibi aquam מַצֹּר*
וְהַחֲלִמֵשׁ è petra silicis (h. e. è rupe silicea vel durissima.) Quoniam
 itaque vox **תולע** *vermiculus* cum **שני** *rubrum colorem* denotante,
 conjungitur; nomina verò constructa frequentissime Latinorum Ad-
 jectiva causas significantia exprimant; nulli dubitamus **שני תולע** si-
 gnificare rubrum colorem vermiculi, vel lanam vermiculi rubore tin-
 ctam. His addimus, quod vocis **תולע** conjugata rubedinem denotent.
 Sic *Nab. II. v. 3.* **מתלעים** viri fortes *vermiculati*, sunt purpurati,
 quod quidam colligunt ex antecedentibus verbis **מִן גְּבוּרָתוֹ מֵאֵרֶם**
clypeus fortium ejus rubefactus est, uti ex ipsa inspectione patebit. Præ-
 terea *Bochartus* multis testimoniis, & imprimis ex *Plinii Lib. XIV. c. 4.
 p. 1093.* probavit, *quod sit genus ex cocco in Africâ ferè aut Asiâ na-
 scens, celerrimè in vermiculum se mutans, quod ideo scolecion vocant.*
 Quod vero apud recentiores Græcos **σκῶλαξ** passim pro cocco habeat-
 tur,

tur, idem laudatus Autor ostendit. Conf. Hieroz. Lib. IV. cap. XXVII. p. m. 623. seq. Luculentum quoque nostræ sententiæ testimonium. Paulus addit, qui Cap. IX. 19. ad Ebr. Mosen in fœdere cum Israelitis pangendo, accepto sanguine vitulorum & hircorum מֵי יְדֵי וְדַם וְקַיִם עֵשֶׂה כֹּסְמִינִים וְקַיִם וְסֹסְוֹנִים cum aqua & lana coccinea & hyssopo totum populum adsperisse, refert. Et licet Exod. XXIV, 5. seq. ad quem locum Paulus respexit, lanæ coccineæ nulla fiat mentio, adeoque hic h. l. quædam addat, quæ Moses reticuit; nihilo fecius Levit. XIV, 4. 6. instrumentum, cujus mentionem Paulus fecit, & quò in adsperisionibus uti consueverant, describitur; ibi enim præcipitur, ut in mundatione leprosi sacerdos lignum cedrinum וְהָיָה שֵׁנִי תוֹלְעֵת & bis tinctum vermiculi accipiat, eoque in sanguinem immerso super mundandum, spargat. Lignum cedrinum dabat manubrium, cui filis laneis coccineis alligabatur hyssopus, quo adspergillo mundandus adspergebatur. Ex quò cognoscimus, quod hebræum שֵׁנִי תוֹלְעֵת convenit cum Græco ἔργον κόκκινων, lana coccinea. Eadem sententia tandem Syro N. T. interprete confirmatur, qui Matthæi Græca verba χλαμύδα κοκκίνην, Chlamydem coccinam, vertit כְּלָמְיָדָה קֹכְכִינָה, chlamydem coccineam, quæ vox convenit cum Chaldaicâ כְּלָמְיָדָה וְהָיָה שֵׁנִי תוֹלְעֵת quæ uti supra §. 12. vidimus תוֹלְעֵת Hebræis est. Ex quibus omnibus hoc tandem patet, quod תוֹלְעֵת vermiculus, sit nostrum cochenille, quod suam originem à cocco trahere videtur. Hic coccus fructus est rotundus instar lentis aut exigui pisi, qui crescit circa fruticem ilicis; aut potius excrescentia quædam est, quam verus fructus, nullum pediculum, aut ejusmodi alias partes habet, sed ipsis ramis arctissime adhæret, qua parte exiguum habet foramen. Succus autem ejus facillimè corrumpitur, & in vermem mutatur, qui pedibus & exiguis alis mobilis factus, aufugit, & avolat, nisi morte præveniatur. Ideo rustici, qui ejusmodi grana colligunt, quamprimum animalculum hoc animadverterint, linteo, aut sacco, cui indiderunt, leviter concutiunt, donec emoriatur. Sic vermiculum descripsit Braunius l. c. §. 200. p. m. 222. Relinquimus itaque illos, qui cum Abarbanele שֵׁנִי תוֹלְעֵת de serico interpretantur, qui in Comment. in Pentateuch. Parsch. Thruma sequentia scripsit: רְתוּלֵעַת הַשֵּׁנִי הוּא מְשִׁי שֶׁהוּא נֹאחַ כְּפִי תוֹלְדָתוֹ וְאֵין לוֹ צַבֵּעַ אַחֵר h. e. Et Tholaatb schani est sericum, suâ naturâ pulcrum, nec habet alium colorem.

§. XXI. Confessa itaque res & manifesta est, quod **תרלע** *vermiculus* æquè ac **שניט** *coccina*, unum eundem colorem significant. Hinc etiam supra diximus, Prophetam eandem sententiam duplici effato proposuisse. Hæc tamen tam simpliciter accipienda non sunt, accuratius enim inquirentibus patebit, posteriora verba, priorum sensum magis exaggerare; quam loquendi rationem *ἐξεργασίαν* Rhetores appellare solent, eamque ad exprimendum suum affectum sive dolor sive commiseratio, sive asseveratio sit, adhibent. Posteaquam Propheta dixerat, peccata alba esse futura, quamvis sint uti coccina; Pergit deinde & majori cum affectu adjicit, imo si essent uti ipse vermiculus, quo coccinum tingitur, nihilominus erant uti lana alba. Judæi interpretes hanc differentiam quoque intellexerunt, quod ex Jad Joseph Josephi Zorpati Parfch. Nizzabim Conc. 1. fol. 274. col. 3. circa finem peto:

בשליש חיו הראשון חטא כמו שנים הסדורות
מששת ימי בראשית שהשליש הראשון היה בחטא
לבר ואח"כ בא זמן קבלת התורה והמצות אבל אם
בעת זקנתו נמי חטא באופן שיאדומו אחריו כתולע
הגרעין שצובעין בו שכאשר הזקן חטא לוקחין אחריו
ראיה ואומרים הזקנים חטאו כש אנחנו באופן שהם
מאדומו אחרים כתולע איזה אותה אין לה כח
להלבין כתם החט כשלא רק כצמר יהיו שאינו ככ

לבן כיון שהוה כתולע שמאדומו אחרים: *quæ latino idiomate sequentis tenoris sunt: Prima pars vite (hæc enim uti supra §IX docuimus, in tres partes distinguitur) consumitur tantum in peccato, quâ præterlapsâ sequitur tempus, quò se ad legem & præcepta divina obligant: Si vero quis senectutis quoque tempore peccat, ille eò ipsò alios quoque maculat, & est similis vermiculo vel granis illis, quibus infectores lanam tingere solent. Senem enim peccantem alii intuentur & imitantur, dicendo: senes peccant, ergo multo magis nobis peccare licebit, quandoquidem illi alios colore inficiunt, (alios seducunt) uti vermiculus. Cur enim dicitur תרלע vermiculus? quia non est possibile, ut talis modi peccati macula tam alba fiat, uti nix; sed sufficit, si modo albescat uti luna, quæ tam albâ non est, quam nix, si quidem illa macula est uti vermiculus (coccus) qui alios etiam colore suo tingit. Meditationes hæc contemnendæ non sunt; si non planè cum Prophetæ sensu*

coincidunt, proxime tamen ex verbis ejus sequuntur. Videtur quoque nostri B. Lutheri versio tantum non ab hac explicatione recedere, qui תולע מוסיןfarbe vertit. Quamvis enim תורע proprie nullam cum uvulis passis habeat convenientiam, nihilominus tamen intellexit B. Vir, non tam coloratum, quod propheta antea שניכס coccinum appellaverat; quam potius colorem ipsum, qui lanam aliasque res inficit, hoc loco concipiendum esse.

§. XXII. Superfunt ultima nostri versiculi verba, quibus Propheta docet, quod peccata rubra sicut lana futura sint. Lanam albam h. l. intelligi, ex antecedentibus patet, dictum enim supra est, quod Propheta eandem sententiam verbis tantum diversis proposuerit: uti itaque peccatorum remissionem cum nivis candore comparavit, sic h. l. eandem cum lana alba, quæ proximè ad nivis colorem accedit, componit. Apud sacros & profanos scriptores alias nix & lana ob similitudinem, qua sibi invicem respondent, conjuncta leguntur. Sic *Marcialis Lib. IV. Epigr. 3.* nivem densum aquarum vellus appellat, hunc in modum canens:

*Adspice quam densum tacitarum vellus aquarum
Defluat in vultus Caesaris atque sinus.*

Sic in spuria (teste Bocharto Hieroz. Lib. II. cap. XLV. p. m. 475.) *Alexandri ad Aristotelem epistola: cadere mox in modum vellerum cæperunt nives.* Ex sacris audiamus Davidem, qui *Pf. CXLVII, 16.* canit: הַנִּירְחַן שֶׁלֹג כְּצֹמֵר *qui dat nivem sicut lanam.* Quo respectu hoc factura sit, disputant interpretes; quidam ad usum referunt, quia terrâ a nive per hyemem, tanquam pelle aut veste lanæ obtegatur, ne frigus fata corrumpat. Alii contra ad externam nivis albedinem, quâ lana præstat, respici pervasi sunt. Si nostrum Prophetam inspiciamus, cognoscemus, quod ille ad albedinem respexerit, à quâ intentione *David* non recessisse videtur. Hoc non solum Paraphrastes Chaldaus confirmat sub translatione עֵמֶר הַיּוֹר הַיּוֹר תְּלֵגָא חִירָב רִיחָב *qui dat nivem albam ut lanam*, sed *R. D. Kimchi* etiam in *Comment. ad h. l.* nobis quoque adhærefequentibus verbis: הַמִּוֹתָן שֶׁלֹג כְּצֹמֵר. הַשֶּׁלֹג שֶׁהוּא לֶבֶן. כְּצֹמֵר הַלֶּבֶן וְהוֹצֵרָךְ לְזִכּוֹר לְבִנְתּוֹ לְפִי שְׁבֻרֹב תִּרְאָה לְבִנְתּוֹ. וְדָמָה אוֹתוֹ לְצֹמֵר וְאֵף עַל פִּי שֶׁהוּא פָחוּט מִמֶּנּוּ כְּלוּבֵן מִפְּנֵי שֶׁלֹא יִכּוֹל לְדַמּוֹתוֹ בְּלֶבֶן מִמֶּנּוּ מִרְבּוּיֹם אֲשֶׁר בְּאַרְץ; nivem

nivem sicut lanam h. e. *nivem, quæ alba est, ut lana alba*: Sic *Es. I, 18.* erunt instar lanæ, h. e. *instar lanæ albe*. Necessè autem fuit albedinis hujus meminisse, quia albedo in nive maximè eminet. Si queras, cur cum lana nix conferatur, cum tamen albedine lana nive sit inferior? Resp. quia in rebus terrenis nihil est magis album, cum quo nix possit conferri. Ex nostrâ opinione Kimchius rectè subintelligit, quod *Danielis VII, 9.* expressè additur: *Et vestimentum ejus erat candidum ut nix, Et capilli capitis ejus ut lana munda, כעמר נקא* quorsum respexit *Job. Apoc. I, 14.* ἡ δὲ κεφαλὴ αὐτῆς, καὶ αἱ τρίχες λευκαὶ ὡσεὶ ἔριον λευκόν, ὡς χιών, *caput autem ejus, Et capilli albi erant, ut lana alba, ut nix.* Idem forte sentit *Ezech. XXVII, 18.* verba enim *ועמר וצמר* Syrus & Hebraei lanam albam reddunt, quibus accedunt οἱ ἐβδομήμοντα, qui legunt ἔρια ἐν μελίτῃ lana ex Melito, adeò, ut hæc urbs præstantissimæ lanæ proventu apud antiquos nobilitata fuerit. Chaldaeus clarius lanam illam descripsit vertens: *ועמר מילת כבינא* h. e. *Et lana Miletea (ex Mileto) circumligata.* Quo non solum cum LXX convenit, sed simul ad Miletensium curam, quâ lanam observabant, respicit, quam Rasche in *Comment. ad h. l.* fusius descripsit: *ועמר מילת כבינא ביום שנולד הטלה ושיהרתו* אמר בלחיכתה עושין כסות ומכבירים אותו סביביו נקי *בקיטרי כדרי שיהא צמרו נקי* Dicit Jonath. lana Mileti circumligata. *Name eo die, quo natus est agnus, Et mater lambendo eum expurgavit; parant ei integumentum, quod fibulis circumquaque annectunt, ut pura maneat lana ipsius.* Unde jocus *Diogenis Cynici ap. Laërtium Lib. VI.* cum Megaris videns τὰ μὲν περὶβατα τοῖς δέρμασι ἐσκεπασμένα, τὰς δὲ παῖδας αὐτῶν γυμνῆς, *oves quidem pelibus tectas, eorum autem liberos nudos; εἶπεν: λυσιτελέσειν ἐστὶ Μεγαρέως εἶναι καὶ μὲν ἢ οὐκ, prestare dixit, Megarensis arietem esse, quam filium.* Est itaque versio Latina verborum Chaldaicorum in Bibliis Polyglottis erronea, quæ transtulit, *lana sericea subtilis.* Nam *מילת* non est *sericeum*, quod quoque Buxtorfius vidit in *Lex. Talm. Rad. כבב*; quamvis ipse in eadem voce impingat, dum *מילת* à *μῆλον* ovis deducit; cùm tamen à LXX *discere* potuisset, quod *מילת* esset *μίλητ*, *Miletus* urbs Ionix. Rectius hæc vox est exposita in *Ir David R. David Cohen de Lara, qui p. m. 52.* *מילת* explicat per *בנר יקר* *μελιταία ὀρόνια, vel Melitæa lintea, ubi tamen μελήτῃ & μίλητ*

con-

confusa videtur. Ex Rafchi commentario vox כְּרִינָה etiam lucem haurit, quæ erroneè subtilis vertitur; est enim lana circumligata, quando oves pellibus teguntur, ne lana inquinetur.

§. XXIII. Hactenus vocum genuinas notiones indagavimus, ex quibus loci nostri sensus sponte interpreti fluere; placet tamen Hebraica scripta consulere, quæ quosdam ex nostratibus persuaserunt, quod in hactenus expositis non subsistendum, sed ad miraculum quoddam, cuius aequè Judæos & Christianos crebra fit mentio, respiciendum sit, si plenam Prophetæ mentem cognoscere velimus, conf. quæ annotavit Sberinghamius ad Mischn. Cod. Joma cap. VI. n. 6. p. m. edit. in 4to. 140. Tradunt enim Judæi, quod magno expiationis die hircus emissario, cujus historia Levit. XVI. 7. seqq. narratur, lingua (vel potius tenia in formam linguæ formata) coccinea alligata sit, quæ non sine miraculo rubedinem suam in albedinem commutaverit, & totius populi expiationem confirmaverit. Evolvamus Talm. Tractat. Joma Cap. VI. Schene Seire fol. 67. col. 1.

מה היה עושה חולק לשון של זהורית: ונקטריה כולו בסלע כיון רמצה בשעיר דלמא קיום ומלבין ומיתבא דעתיה ונקטריה כוליה בין קרניו זמני דגמיש ליה לרשיה ולא אדעתיה תנו רבנן בראשונה היה קשרים לשון של זהורית על פתח האולם מבחיץ הלבין היו שמחים לא הלבין היו עצובים ומתביישין התקינו שיהיו קשרים על פתח אולם מבפנים ועדין היו מצוצין ורואין הלבין היו שמחים לא הלבין היו עצובין התקינו שיהיו קשרים אורח חציו בסלע וחציו בין קרניו אמר רבי נחום בר פפא משום רבי אלעזר הקפר בראשנה היו קשרים לשון של זהורית על פתח אולם מבפנים וכיון שהגיע שעיר למדבר היה מלבין וידעו שנעשית מצותו שנאמר אִם יִהְיוּ חֲסִיאֵיכֶם כְּשֵׁנֵי כֶּשֶׁל וְלִבְנֵי: Quid faciebat ductor hirci istius? dividebat linguam (h. e. teniam) coccineam. Si alligasset eam totam in petra, potuisset fieri, ut ductore circa hircum occupato tenia albuisset, antequam hircus esset projectus, ductor que acquiescisset. Si illam teniam alligasset totam inter cornua, potuisset accidere, ut hircus inclinasset caput suum, ductor que cognoscere

scere non potuisset, an albuisset nec ne. Tradiderunt Rabbini nostri, primis temporibus alligârunt taniam coccineam ad januam atrii, ad faci-
ciem exteriorem; si albesceret, gavisifunt; si non albesceret, doluerunt,
& rubore suffusi sunt. Quare ordinarunt, ut alligaretur tania illa
ad januam atrii, ad interiorem partem; sed tunc introspexerunt homi-
nes & intuiti sunt. Si albuisset, gavisifunt; si non albuisset, dolue-
runt. Tandem ordinarunt, ut alligaretur tania illius dimidia pars
in petrâ, dimidia vero altera inter cornua. Dixit R. Nachum filius
Papa nomine R. Eleasar Capar. Antiquis temporibus alligarunt lin-
guam coccineam ad ostium atrii ad interiorem partem; & posteaquam
hircus pervenerat ad desertum albuisset, ex quò cognoverunt, quod præ-
cepto satisfactum sit. Dicitur enim apud Jesaiam I, 18. Si peccata ve-
stra essent uti coccinum (h. e. uti lingua vel tania illa coccinea) nihilomi-
nus sicut nix albescent (uti illa tania albescebat.) Priora hujus loci
verba Paraphrasi expressimus, quod simplex versio nullum dedisset fen-
sum. Si illa fufius legere velis, vide sis Comment. in h. l. in Talmudis
margine dextro adjectum, ex quo nostra quoque deprompsimus. Ead-
dem sententia de nostro dictò repetitur eodem Tract. Talm. eod. Cap. in
Mischna fol. 68. col. 2. Quaritur ibi, ex quò signò cognosci potuerit in
templo, quod hircus in desertum perductus sit? respondent inter alia
רבו ישמאל אומר והלא סימן אחד היה להם לשון
של זהורית היה קשור על פתחו של היכל וכשהגיע
שעיר למדבר היה הלשון מלבן שנ' אם יהיו חטאיכם
Rabbi Ismaël dixit: Nonne & hoc signum
fuit, quod lingua coccinea alligata ad ostium tentorii, perveniente
auctore ad desertum, albuisset, quoniam dicitur: si peccata vestra es-
sent uti coccinum, nihilominus uti nix albescent. His addamus Scho-
liasten Talmudicum, in cujus loci explicatione Dn. Frischmuth Disp. I.
de hirco emissario cap. 1. §. 4. ob male lectam vocem errorem commi-
sit. Invenitur ille in Ein Israël Tract. Joma Cap. IV. fol. edit. Berol.
95. col. 1. circa finem & in Talm. fol. 39. col. 1. in marg. dextro, & est se-
quentis tenoris: וקשרין על ראש שעיר המשתלח והיה
מלבין מאליו והוא סימן שמחל הקבה לישראל שנ'
אם יהיו חטאיכם כשנים כשולג ילבינו;
alligârunt illam (linguam) hirco emissario, qua suâ sponte albescebat, quod
fuit

fuit signum, quod Deus summe Benedictus Israelitis propitius esset, uti dicitur: si peccata vestra essent uti coccinum, nihilominus sicut nix albescent. Vbi Dn. Frischmuth loco □□□□ pepercit, legit □□□□; sed quod hæc lectio incongrua sit, contextus docebit.

S. XXIV. Has Rabbīnicas explicationes sequuntur Christiani nonnulli, qui, uti ex Bibliis Criticis patet, non raro suos Judæis debent Commentarios. *Johannes Henr. Ursinus*, cujus *Analectorum sacrorum libri* multorum manibus teruntur, sensum hunc allusivum, ut probabilem admittit & Talmudistas verosimilia de tania illâ albescente retulisse putat, quare *Lib. I. 28. p. m. 39.* narrationi Fagii ad *Levit XVII.* de hircu Apopompæo, quam alii fabellam sapere dicunt, varia verisimilitudinis argumenta superaddit: *Primum, quia videntur Prophetæ alludere, & ad vitam illam coccineam; si fuerint peccata vestra sicut coccinum sicut nix albebunt Es. I, 18. quod eo citat Thalmud. & ad Cornicines, Evangelicorum Praconum typos Es. LII, 7. Nab. I. vers. ult. Rom. X. v. 18. & ad ipsum illum, qui hircum eduxerat, qui Christi figuram gessit, missi ad predicandum Schemat Razon, annum benevolentie & gratie iuxta Chald. Es. LXI. 2. in cujus manu ac cornibus (nam idem & victima fuit sacerdotii sui, & sacerdos sue victime, ut ajunt veteres) id est merito crucis & mortis, peccata nostra exalbescent, tolliturque reatus. Deinde meminit ceremonie hujus antiquissimus Latinorum Doctorum Tertullianus: Hircum coccino circumdatum, maledictum & consputatum, & convulsus a toto populo, adeoque notatum, fuisse manifestis indiciis Dominice Passionis. Huic subscribit Lundius in *Jüdischen Heiligthümern Lib. V. cap. XX. n. 27. 28. p. m. in fol. 1038. seq.* Es ist nicht flugs alles Fabul-werck / was die Hebræer sagen / und wo man keine rechte und gründliche Ursache hat von ihrer allgemeinen meynung abzugehen / da bleibt man nicht gar unsicher dabey. Die Schrift selbst scheint hierauff zu zielen / wenn Gott Es. I. 13. spricht: Wenn eure Sünde gleich Blut-roth ist / soll sie doch Schnee-weiß werden / und wenn sie gleich ist wie Rosin-farbe / soll sie doch wie Wolle werden. Idem miraculum cum Judæis admiratur *Jurieu Hist. Critique Part. II. chap. XIV. p. m. 340. Sur le ruban d'ecarlare, inquit, que les Juifs appelloient la langue d'ecarlare, ils disent une chose extrêmement remarquable. C'est que durant le service il devenoit blanc, & ils autorisent cette tradition du passage d'Esais I. 18. quand vos pechez**

pechez seroient rouges &c. Ce qui rend cela vray-semblable, c'est la fin-
cerité avec laquelle ils confessent, que les derniers 40 ans de la durée
du temple, ce ruban ne changeoit plus de couleur, c'est précisément de-
puis la mort du Seigneur. Quibus verbis partim Judaicam narrationem
repetit, partim eandem ex eò confirmare vult, quod Judæi ingenuè confi-
teantur quadraginta annis ante desolationem templi, hoc est, à tempore
crucifixi Salvatoris, hoc miraculum cessasse.

§. XXV. Longè plures sunt, qui hæc legendo pias meditationes
conceperunt; quoniam vero miracula non tam ex assentientium pio ani-
mò, quam potius ex ipsius rei veritate judicanda sunt, fatemur, nos huic
Judaicæ narrationi omnem denegare fidem. Omnes Judæi hoc mira-
culum eò momento contigisse referunt, quo hircus à ductore de petra
præcipitatus est. Sed hætenus sanioribus Philologis Judæi nondum
persuaserunt, quod hircus ille mandato Mosis præcipitatus sit. *Levit. XVI.*
præcipitur, ut dimittatur in desertum *v. 10. 21. 22.* Si forte Judæi objici-
ant, *v. 22* dici, quod hircus omnes iniquitates Israëlitarum portaverit **אל**
הרר **ארץ נזרה** *in terram abscissam*: respondemus, portare aliquid in
terram abscissam seu sejunctam, non est de rupe præcipitari; deinde **ארץ**
הרר **ארע לא יתבנה** *notat terram decretam*, & juxta Onkelosium **ארע לא יתבנה**
terram inhabitatam & *LXX* **αβατον** *terram inviam*. Ex quò
elucescit, hircum hunc eodem modo esse dimissum, uti avis, quam le-
profus mundandus afferebat *Levit. XIV. v. 7.* Rectissime hinc *Sberingha-*
mius Tract. Joma cap. VI. §. 6. observavit, *mandatum Dei non fuisse, sed*
tantum statutum Rabbiorum, ut hircus de rupe detruderetur. Me-
tuebant Rabbini, ne rediens ex deserto hircus, tristia fata apportaret;
quare statuerunt, ut ille è Zuk, alto & prærupto monte depelleretur.
Huic vero novo ritui asserendo novus quæsitus est versiculus. Si vero
hircus præceps datus non est, multo minus tania, quæ in ipsa præcipi-
tatione albuisset dicitur, verè albuit. Deinde Scriptura nullibi linguæ
coccineæ alligationem præcipit, nullibique illius dealbationem sub pœ-
nitentiæ conditione promittit. Porro argumentum, quo Judæi ni-
tuntur, unicum tantum ex Jesaiâ depromitur; quod tamen admodum
subricum est, quoniam de hoc miraculò die expiationis expectando,
plane silet. Illa quoque ratio, quæ eruditissimum Jurieu movit, ut huic
narrationi aliqualem adhiberet fidem, mihi potius omnem adimit;
Autores enim seculis aliquot factò posteriores, aliasque pro more fa-

bulis indulgentes, mihi nunquam digni miraculorum testes visi sunt. Ficto enim miraculo nullam notabiliorem assignare potuerunt cessationem, quam quæ cum aliis templi destructionem antecessit. Reliquæ rationes ab Ursino motæ refutatione non egent, uti enim cornicines alium ritum respiciunt & nobis plane non obstant; sic Tertulliani autoritas multo recentior est. Quare viri omni nostrâ laude majores hanc de lingua coccinea albedine narrationem judaicam merito non tantum dubiam sed & fabulosam appellarunt. Hos inter refertur *Eruditissimus Sebast. Schmidius Dissert. de Hirco Apopompeo*, cujus contenta clarissimus *Leiddekkerus de Republ. Hebr. L. XI. c. IV. p. m. 633.* egregio cum encomio retulit, ejusdemq; sententiæ ipse subscripsit. Nec alia mens *B. Frischmuthio* fuit, qui *Disput. Priori de Hirco Emissario Cap I § 5. Vereor*, inquit, *ut quis asserto huic Judæorum tuto fidere queat, dum, nisi plane fallor, unicum illud dictum Propheticum Judæo cuiquam occasionem præbuit hoc comminiscendi.* Post pauca: *Sane fabule hoc similis esse, quam historia, inde conjicio, quod in ritibus hebræorum memorandis tam sollicitus & accuratus Josephus hujus rei, nullam penitus facit mentionem. Deinde quod doctiores Judæorum Interpp. Kimchi & Abarbanel cum in hujus dicti Prophetici sensum genuinum inquirunt, sicco plane pede id prætereunt, quod Talmudistæ pro vero vendiderunt, nunquam id facturi, si aliquid veri subesse censuissent.*


§. XXVI. Quotiam itaque Propheta noster ad illum, quem Talmudistæ fingunt, ritum non respexit, retineamus eam, quam supra indicavimus, sententiam, quod ruber color tantum opponatur albedini. Quemadmodum autem *Scharlach*i color quam longissimè à colore albo recedit; sic quoque peccata quam remotissime ab innocentia & justificatione distant. Supra prolixè monstravimus, quod innocentia & puritas moralis tam Gentilium quam verorum DEi cultorum sententiâ, albedine, albis v. g. vestibus, quales sacerdos magnus imprimis magno illo anno jejunii & expiationis die gerebat, significata sit; cum vero ruber color albedini maxime opponatur, quod hujus variarum particularum mixtura omnem naturalem lini & lanæ albedinem obscuret; non incongrue propheta illum peccatorum symbolum constituit. Intentio itaque Prophetæ eò tendit, ut gravissimorum quoque peccatorum, quamvis etiam tanta sint, ut alios quoque ad peccandum seduxerint,


runt, remissionem perfectam certissime promittat, ne forte Judaei illorum onere preffi succumbant, & de gratiâ divinâ planè desperent. His tandem totius versiculi brevem adficiamus Paraphrasin. Alloquitur Prophetâ populum Judaicum, eumque variis argumentis ad poenitentiam reducere studet. §. 1. & posteaquam enarraverat, quas hæcenus, ob tot commissâ scelera, perpeffi essent calamitates, offert illis cor divinum amore inter summam tristitiam flagrantissimum, iisque media proponit, quibus gratiam divinam inire & omnium peccatorum remissionem impetrare possint, §. 2. Hoc facto eos sequentem in modum in nostro versiculo alloquitur: *Agite queso fratres mei dilectissimi, §. 3. posteaquam veram poenitentiam egimus, ejusque veros fructus tulimus, accedamus ad thronum gratiæ, & audiamus, quam de nobis poenitentibus sententiam DEus tulerit. §. 4. Ego eam anticipabo, ejusque copiam exhibebo; Dominus vos verè poenitentes ita alloquetur: §. 7. Quamvis peccata vestra sint uti coccina (non uti anni à prima creatione præterlapsi, uti Talmudisti allusive explicant. §. 8. ideoque mundi tria millennia duplicia cum hominis tribus ætatibus comparant. §. 9.) h. e. uti lana rubro colore coccinò bis tincta i. e. gravissima, (§. 10. quo Braunius, §. 11. quo Kimchi notatur; qualis color cum nostro Scharlach convenit §. 12. & quo pallium, quò à perfidis Judæis Salvator noster amictus est, tinctum fuit §. 13.) ruber enim color est peccatorum symbolum §. 14; sicut nix tamen albescent, h. e. absolutissimam & perfectissimam remissionem perfectâ justificatione consequentur. §. 15. Quia albedo & inprimis alba vestes innocentia & puritatis moralis symbolum sunt. §. 16. Immo si peccata vestra essent rubra (§. 17, 18, quibus Ludolphi & Bochari de voce צָרָה sententia inquiritur) uti Vermiculus, qui cochenille, quò infectores lanam aliaque tingunt §. 19. 20. h. e. si vestra peccata tam gravia essent, ut etiam alios ad peccandum seduxerint aliisque scandala præbuerint. §. 21. Attamen sicut lana alba erunt, §. 22. (quo lanæ & nivis convenientia ostenditur, & lana צִירָה circumligata contra Buxtorfium & versionem Bibliorum Polygl. explicatur. h. e. (non uti tenia illa, que hirco emissario & januæ templi alligabatur §. 23, 24, 25.) sed perfecte remittentur, §. 26.*


§. XXVII. Ex his omnibus abunde elucescit, quanta veræ & infucatae pœnitentiæ sit præstantia. Hanc quoque Judæorum Doctores agnoverunt, ut in *Vajikra R. Seff. XXVII. fol. 197. col. 1.* nec non *Bemidbar R. Seff. X. fol. 236. col. 2.* ut & in *Schir Hasschir. R. fol. 31. 1.* aliisque libris, s.g. *Jalk. Sim. Part. II. fol. 82. col. 4.* scribant, DEum in Scriptura S. ter omnem perdere voluisse populum Judaicum; qui vero tribus istis vicibus veram pœnitentiam agens horrendum illud decretum semper declinaverit. Apponamus tantum latina hujus sermonis verba, quoniam hebraica pagina non capit: *Dixit R. Samuel filius Nachman: Tribus vicibus dixit DEus, quod selit contendere cum Israelitis: Quod cum gentiles audirent, gavisii sunt, dicentes: hi neutiquam possunt contendere cum DEO Creatore suo; hic eos jam omnes consumet; Siquidem dixit Jef. I, 18. Agite quæso & contendamus. Cum vero DEus benedictus videret, quod gentiles ideo gauderent, insertebat hoc illis in bonum, subsequitur enim l. c.: Si peccata vestra essent uti coccina, sicut nix, tamen albescent. Hoc cum gentiles audirent, admirati sunt, & dixerunt. Hoc efficit pœnitentia, & contentio. DEus tantum ludit cum filiis suis. Deinde cum DEus ad Israelitas diceret, Mich. VI. 2. Audite montes contentionem Domini: Gavisii iterum sunt gentiles, dicentes: Quomodo hi poterunt contendere cum DEO Creatore suo; jam ille eos omnes consumet. Cum vero DEus cognosceret, quod gentiles gauderent, insertebat hoc illis in bonum; quare subsequitur, s. 3. Popule mi, quid feci tibi: s. 5. Popule mi, memento jam, quid cogitaverit Balak Rex Moab: Cum hoc gentiles audirent, admirati sunt dicentes; hoc efficit pœnitentia, & contentio. Hæc est uti illa; DEus tantum ludit cum filiis suis. Tertio tandem cum DEus diceret Hof. XII, 2. Contentionem habet Dominus cum Juda, & visitationem super Jacob. Hoc audito iterum gavisii sunt gentiles dicendo: Quomodo hi poterunt contendere cum DEO Creatore suo? Jam ille eos omnes perdet ex mundo. Hoc dicto DEus iterum convertit illud in bonum, hinc est, quod subsequitur: In utero supplantavit fratrem suum (Jacob); & fortitudine sua prevaluit angelo. Essent quædam, quæ in hoc sermone Judaico emendaremus, nisi charta nos desereret. Essent quoque alia, quibus hoc argumentum elegantius proponi potuisset, si in castra Theologorum descendere vellemus; Nobis vero sufficit, hinc inde meditationes inspersisse, quæ piis lectoribus ampliore inquirendi campum aperient, quare concludimus illo Davidico*

Pf. XIX, 15. יהוה לרצון אמרי פי ותגיון לבי לפניך
יהוה צור וגאלנו










0.

1.

1.



the scale towards document

gutes gethan, mehr böses erlitten, dann der an-
sie werden alle von einem Lichte erleuchtet werden,
ungleichen Strahlen. Tertium denique addi-
ctum, quod est certitudo, quae vim et efficaciam
ante commemorata mortuorum inter se in vicem
um resurrectione quasi trahere videtur. Quo igitur
mortuorum resuscitatio, eo certior etiam, Do-
n primis, gloriae caelestis splendor gradibus distin-
laborum praemia certo sunt certiora.

§. XVII.

que haec habui, Vir admodum Reuerende, quae
Danielis oraculo satis emphatico et praegnante pro
que mearum virium ratione scribere constituem
atque laetus omnino nuntius, de Te ad munus
Ecclesiastici sacrum designato, per litteras adlatus
Huius nec alius Sacri Codicis oraculi eligendi
edit Festi tempus et solennissimum et solatio ple-
to, circa quod Pastoris Gerichshaynensium munus
is grauiissimum, Paschatis. Requirit pariter offi-
ciciae Dignitatem Tuam Reuerendam dono quo-
equi; sed aliud, nisi hoc chartaceum, inuenire non
Nam cum nullius vmquam, nisi improbi, amicitiam
iuerim, nec ipse grauatus fueris, VIR Reuerende,
nihil sumus, iam ante in Amicorum Tuorum nu-
cooptare, Teque probum amicum semper, nec im-
Christianum vmquam inuenerim; nae ego essem
m ingratus, ni Tuum in me animum Tuum-
me studium grato animo his ipsis publice agno-
Tantum abest, vt Integritatis Tuae obliuiscar
pore, vt potius Amicitiae Tuae cedro digniffi-
noriā memoria immortalitatis prosequi summa
niti deceat. Ex quo enim Tecum versandi aut
er litteras agendi data fuit facultas, nihil magis exo-
nam vt pro Tuorum erga me meritorum magni-
tu-